



E. 625.

13-6. C.51

XIX D 21

Digitized by Google

DE JURAMENTO
DE VERITATE DICENDA
TOLLENDO IN CRIMINALIBUS
QUOAD REOS
DISCURSUS PRO VERITATE

CUM

REPLICATIONE AD DOCTISSIMAM RESPONSIONEM

Et fundamenta Illustrissimi D. Marchionis Fisci Advocati, aliorumque Dominorum ex adverso scribentium.

Bibliotheca Carmel: S. Mariæ Transpontæ.





ROMÆ, Typis Joannis Jacobi Komarek Bohemi, propè SS. Vincentium, & Anastasium in Trivio. 1698.


SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

Digitized by Google

REPLICATIO
AD RESPONSIONEM
ET FUNDAMENTA

Illustrissimi D. Fisci Advocati aliorumque DD. ex adverso scribentium.





ROMÆ, Typis Joannis Jacobi Komarek Bohemi, propè SS. Vincentium, & Anastasium in Trivio. 1698.

SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

Digitized by Google

1. 

TSI Juramentum in genere malum non sit; imò laudabile, & bonum non solum ob specialem ipsius tendentiam erga Deum, per quam dicitur cultus latriæ; sed etiam ob, peculiares virtutes, quæ ipsum necessariò concomitantur, fidei, fiduciæ, agnitionis providentiæ, & similium; ad tradita per *S. Thom 2.2. art.2.* quem sequitur *Lessius de just. & jure lib.2. cap.42. dubit.3. nu.14. cum communi moralistarum*; Et faciat authoritas Sacræ Scripturæ, quæ nobis testatur *Deuteronom. 6. & Genes. 21. & 26.* fuisse præcisè à Deo volitum, passimque adhibitum ab Abrahamo, Isaacho, aliisque Patriarchis veteris testamenti. Vsus Iuramenti est laudabilis.

2. Nihilominus non esse ex eo genere bonorum operum, quorum laudabilis sit frequens usus, eò quod sint bona semper, & quandocumque, ut est Jejunium, Elemosyna, & Oratio, firmant cum eodem Angelico *ubi supra art. 5. Less. ubi supra Delbene de Juramento dub.10. num. 3.* communiter Theologi; dicuntque bonum esse tantummodo, si concurrant peculiares illæ circumstantiæ, quas *comites* appellant, enunciatæ per illa verba *Ierem. cap.4. jurabis vivit Dominus in veritate, in judicio, & in justitia*; quibus deficientibus illicò malum fieri, & illud esse, de quo dicitur *Ecclesiastici 23. Iuramento non assuescat os tuum.* Si tamen concurrant tres illæ circumstantiæ, quæ comites appellantur.

3. Hujus doctrinæ non ignari Legislatores omnes Ecclesiastici, & Sæculares; nec alioquin immemores, legem statui debere, non quavis de causa mutabilem, sed perpetuam & in omnem ævum duraturam, ut advertit *Layman. cap. 1. de legibus nu. 4. & passim DD.* Abstinverunt consulto à lege condenda super deferendo reis Juramento de veritate dicenda, in quo bene dignoscebatur citò abfuturum secundum requisitum judicii, quod interpretatur prudentia, *Layman. lib.4. de juram. tract. 3. cap.3. num.3. Sot. lib. 8. de Iust. quæst. 1. art. 2.* cum ejus utilitas ad aliquem finem sine qua prudentia stare non potest *S. Thom. 2. 2. quæst. 4. art. 2. corpore* sit dependens à mutabilibus circumstantiis pietatis, & Religionis hominum, qui Sacramento non abutantur; Et ita quamvis reperiantur innumeræ species Juramentorum Judicialium lege cautæ, quæ decisiva, in litem suppletiva, de calumnia, purgativa, & similia res- Quare Legislatores abstinuerunt consulto à lege condenda super Iuramento veritatis dicendæ. Quia viderunt in ipso citò absfuturam secundam Circumstantiam.

Digitized by Google

pectivè legimus nuncupari, *in cap. ultimo de jue jur. cap. ultimo de ÿs, quæ vi, ubi Gloff. verb. testes; cap. 1. de juram. calumniæ in 6. cap. 2. eodem tit. §. Vltimo in 6. & totis titul. de purg. can. & vulg.* Quamvis etiam licitum esse ad mandatum Judicis referre Juramentum ipsum de veritate dicenda insinvetur expresè in interrogatorio 13. contento *in Bulla inter cunctas Martini V. edita in Concilio Constantiensi* contra errores Vicleffi, qui damnabat Juramenta ad corroborandos contractus, & commercia civilia.

4. Nec verbum quidem habemus in toto jure præceptivum aut approbativum delationis hujus Juramenti, ut observat *Marsil. in pract. crim. §. Postquam in princ. & sub num. 4. Scacc. lib. 1. de iudic. cap. 86. nu. 17. & cap. 12. nu. 5. Franc. Marcb. quæst. 65. per tot.*

Cum tamen consuetudo vim legis habens illud induxerit.

5. Nihilominus quod lex positiva non dixit, aut nolvit, consuetudo obtinuit jubetque; cum enim de tempore primitivæ Ecclesiæ, non adhuc frigescente pietate fidelium, agnosceretur utile Juramentum ad obtinendas criminum confessiones, cæpit deferri in judiciis; duravitque usque dum præscripta legitimè diuturnitate temporis, observantia, transivit in legem, quæ adhuc durat, nec violari permittit, *Villagut. in pract. crim. lib. 1. cap. 5. conclus. 4. Peregrin. consult. 2. consil. 153. & sequ. lib. 2. Marian. Soccin in cap. qualiter, & quando il 2. num. 992. vers. hodie tamen quæst. 84. Mars. Scacc. & alij ubi supra.*

Non quæritur modo, an deferendum sit à Iudice, qui tenetur sequi rescriptum Iuris.

6. Quare in præsenti controversia super Juramento de veritate dicenda, status quæstionis non est, utrum possit, aut debeat à Judice ommitti, cum enim notissimi juris sit Iudicem præterire non posse præscriptum juris, non obstante quacumque ratione affulgente ipsi in contrarium dispositioni legis, modo non sit evidens legem esse malam; Sequitur eundem judicem abstinere non posse à delatione Iuramenti, quæ lege firmatur, & contra quam rationes quantæcumque sint, certè non exeunt fines probabilitatis, cum hujus Iuramenti reprobatores, adhuc deferendum esse dicant durante lege, ut videbitur infra.

Sed an expediat legem istam non scriptam abrogari à Principe.

7. Sed quæritur solum, an expediat, ut lex ista non scripta, quæ preteriri non potest à Iudice, abrogetur à Principe, propter ejus malitiam non quidem intrinsecam, & origina-

nariam, in se enim, & ab initio bona fuit, sed accidentalem ex diminuta hominum pietate contractam; & videtur pro veritate omninò abroganda, quia nimirum multiplici capite in his temporum circumstantijs evincitur mala; nec alias ullum majus malum afferre potest ejus abrogatio, per quod possimus, aut debeamus permittere continuationem, ut minus malum. Et videtur abroganda propter ejus accidentalem malitiam.

Quæ probatur ratione, & auctoritate.

8. Malitia patet ratione, & authoritate.

9. Ratione; quia scilicet notissimi juris est, quinque copulativè requiri adhoc, ut aliqua lex bona sit, & substineatur; adeout si unum deficiat, sit illico mala, *Layman. tract. 4. cap. 1. de legibus per tot allegans sub nu. 4. S. August. & communiter DD.* Ratione, quia deficiunt in ipsa quinque indispensabilia requisita bonæ legis.

10. Primo debet esse necessaria, vel utilis ad aliquem finem.

Secundo moraliter possibilis, & adaptabilis circumstantiis personarum, & temporum.

Tertio honesta, seù non repugnans divinæ legi.

Quarto promovens publicam utilitatem

Quinto denique justa.

At hæc omnia deficiunt in casu nostro, saltem respectu ultimi requisiti si supponatur vera quædam sententia probabilis, nunc inter recentiores ferè communis.

11. Deficit primo necessitas, vel utilitas ad aliquem finem; quia unicus finis Juramenti de veritate dicenda, est manifestatio, & confirmatio veritatis, juxta *Gloss. in summa 22. quæst.* 1. ibi-- *Juramenti institutionis causa una est propter infirmitatem hominum de facili dubitantium, ut eos confirmemus*; *Gloss. occultata in cap. ex litteris de jure jurando Gloss. 2. in cap. nullus Clericus eodem titulo.* Et primò necessitas, vel utilitas ad aliquem finem.

12. Quam tamen veritatem, nec sperari posse, nec obtineri in præsenti morùm hominum relaxatione, abundè compertum erit percurrenti acta Criminalia quarumcumque Curiarum, & temporum; eum enim docebit experientia, majorem partem reorum esse indubitate perjuriam, dum major pars saltem ab initio deprehenditur negativa; & eos qui fatentur, fateri videmus non metu sacrilegii, sed metu, aut vi tormentorum, ut bene advertit *Marsil. in dicto* ₰. *Postquam nu* 4. addens perditum esse semen eorum, qui velint honorem Dei præferrè propriæ vitæ, *Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 192. Gomez tom. 2. cap. 12.* Quia maior pars reorum est negativa, & qui fatentur, non moventur vi Iuramenti.

 num. 5.

num 5. & 15. & alii innumeri, qui diversis verbis concludunt esse hanc praxim manifestam occasionem perjurij; Inter verò nostri temporis scriptores, DD. Canonicus Raynaldus, & Therentius Fantonus, probatæ doctrinæ, & experientiæ Viri, quorum primus optimè meritus de principalioribus Vrbis tribunalibus, in quibus exercvit jurisdictionem, & de republica litteraria, ob præclara volumina in lucem edita, habet hæc verba *lib. 2. cap. 2. §. unico num. 4. siquidem rei metu Juramenti numquam solent fateri delictum*. Secundus autem testatur *in suo discursu logali contra Iuramentum de veritate dicenda nu. 28. & sequ.* quod spatio quadraginta annorum, quo fuit Iudex, ex plusquam Viginti reorum millibus à se examinatis, unũ reperire non potuit, qui metu perjurii detexerit veritatem.

Vt comprobat authoritas, & experientia DD.

Nec obficit Iuramentum aliquando sortiri suum effectum.

13. Nec dici potest ad tuendam utilitatem Iuramenti, quod aliquando suum effectum operatum sit, & idem fortasse sit etiam in aliquo homine operaturum quod sufficit ne sit omninò inutile.

Quia lex debet intendere finem, qui universaliter obtineatur.

14. Lex enim cum respiciat bonum universale; ejus utilitas debet esse publica in toto populo, vel majori parte illius, non privata in uno, vel altero tantum; & ideò intendere debet aliquem finem, qui universaliter obtineatur.

Secundò deficit in requisito possibilitatis,

15. Secundo deficit lex nostra in requisito possibilitatis, & opportunitatis attentis circumstantiis personarum, & temporum; quia videlicet est moraliter impossibile non unum, aut alterum, sed majorem partem reorum, illicò, & immediatè transire ab imò scelerum, ad sublime fastigium hæroicæ virtutis, tantum fortitudinis acquirendo, quantùm sufficeret ad efformandum Martyrem; Hic autem transitus, hæc fortitudo requiritur à reis in delatione Iuramenti, cum nullum aliud discrimen inveniatur inter fortitudinem Martyris, & fortitudinem Rei confitentis delictum metu perjurii, nisi quod illa Martyris tendit ad tuendam fidem, rei verò ad tuendum obsequium Dei; per quam motivi diversitatem non est major in Matryre fortitudo, licet sit major in eo Sanctitas, ex eo quod Martyrium sit elevatum ad esse Sacramenti, & vim Baptismi obtineat, *S. Thom. 3. par. quæst. 78. ad secundum, & quæst. 87. ad secundum, & Theologi communiter*;

Quia est moraliter impossibile majorem partem reorum habere fortitudinẽ martirum.

Quæ requiritur ad fatendum contrà propriam vitam.

ter; Immò in aliquibus posset etiam præferri fortitudo Rei, fortitudini Martyris, quatenus in reo nullum potest esse bonum temporale, & sensibile impulsivum, quia nullum tale bonum ei provenit à confessione, per quam amittit vitam simul, & famam, ob ignominiam supplicij. Secus in Martyre potest non deesse saltem à parte inferiori stimulus gloriæ Martyrii, ac venerationis Populorum, innegabiliter autem etiam pro parte spirituali bona futuræ vitæ sunt aptiora adjuvare in hoc ultimo fortitudinem, quam in reo; Martyr enim considerat vitam æternam, nunc per Martyrium certò acquirendam, si per ipsum non stet, dato etiam quod non moveretur ad Martyrium amore Dei summè amabilis; Reus autem si non movetur ex charitate perfecta, non justificatur à sua fortitudine; adeoque non habet eandem expectationem futuræ gloriæ; Et ideò licet in uno, aut altero contingere possit hic transitus instantaneus ad extremum virtutis; imò aliquando contigerit, ut legimus in bono latrone aliisque, hoc tamen impossibile est evenire ut plurimum, alioquin heroica virtus, illicò, & sine medio acquisita, non deberet amplius dici gratia, & donum, adeò speciale, & effectus victricis misericordiæ suscitantis de lapidibus filios Abrahæ, necnon vanè observasset S. Bernardus *Serm. 38. inter parvos* in toto Canone scripturarum unum latronem reperiri sic salvatum. Quin ipse Christus frustra videretur ejusdem salutem jure jurando confirmasse, eaque præsertim formula, quam non nisi adhibuit, in rebus arduis, & creditu difficillimis, ut ponderat *Labatta in locis communibus ad Concion. verb. Pænitentia proposit.* 8.

16. Multò minus adaptatur lex ista circumstantiis personarum, & temporum; quod enim personas attinet, hoc Sacrificium propriæ vitæ honori Dei, requiritur à criminosis hominibus; hoc est ab indignioribus recipiendi gratiam illam, quæ solita est reportare consensum: Quoad tempus verò, nostro ævo exposcitur, in quo adeò diminutus videtur primorũ sæculorum ardor ille pietatis, qui tamen etiã tunc aliquãdo in tanto discrimine vincebatur. **Nec est opportuna attentis circumstantiis Personarum, & temporum.**

17. Tertio deficit in requisito honestatis; Tum quia cum delatio Iuramenti nullum finem habere possit, ut dictum est supra, remanet eo ipso actus vanus, & otiosus, & ideò **Tertiò deficit in honestate;**

inhonestus, etiam in sententia admittentium indifferentiam actuum; Iuxta quos, licet ut actus evitet malitiam, non requiratur semper finis honestus, requiritur tamen semper aliquis finis, saltem jucundus; ut declarat *S. Bonavent. in 2. dist. 41, art. 1. quæst. 3. Vasquez par. 2. disp. 42. cap. 7. Almain. tract. 1. moral. in penult. parte text.* Tum etiam quia actio deficiens in fine, deficit in prudentia; adeoque in secundo requisito Iudicii, cohonestante Iuramenta omnia juxta superius dicta; Nimia enim esset familiaritas, & ideò irreverentia vilis creaturæ erga supremam Dei Majestatem, si vellet nulla urgente necessitate, aut utilitate, tantum testem invocare, agendo cum illo quod non auderet cum quovis minimo terræ Principe *juxta doctrinam Chrisostomi Homilia nona in Acta, & Homil. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & 10. ad Popul. Antiochen.*

Vt ostenditur.

Quartò adversatur publicæ utilitati.

18. Quarto deficit in promovenda publica utilitate, & ex eodem capite deficientiæ finis, in hoc redditur inexcusabilis: Quod non promoveat, imò ledat publicum bonum, manifestũ est; dat enim proximo occasionẽ peccati, quod est maximum malorum ipsi possibilium: Quod autem in hoc sit inexcusabilis, patet etiam evidenter; quia etsi magnum adsit discrimen inter scandalum activum, vel pusillorum, per quod agens præbet proximo ex sua malitia occasionem ruinæ & passivum, per quod proximus accipit occasionem peccandi ex aliquo opere indifferenti, quod ponit agens sine ulla intentione alieni peccati, (cujus naturæ est scandalum de quo loquimur in deferente Juramentum;) adeò quod primum sit illicitum, secundum verò regulariter permissum, ut habetur ex *S. Thom. 2. 2. quæst. 43. art. 1. Azor 1. par. lib. 4. cap. 7. quæst. 1. Vasquez par. 2. disp. 102. cap. 4. & cap. 7. num. 23. Sanchez lib. 1. cap. 6. num. 3. & cap. 9. num. 5. & 8. Filliuc. tract. 28. cap. 10. qu. 8. num. 226. Bonac. tom. 2. de peccatis disp. 2. quæst. 4. punct. 2. §. Vnico, & est communis Theologorum.*

Nec potest in hoc excusari, eoquod scandalum quod ex ipso oritur sit passivum.

19. Nihilominus hæc doctrina de permissibilitate scandali passivi limitatur procedere solum, quando ruina spiritualis proximi permittatur ex aliqua justa causa, & rationabili motivo; Secus autem si non adsit finis honestus, & rationabilis hujus permissionis, quo casu equè est illicitum, & læsivum charitatis, ac activum, ut colligitur

Quia nec istud permitti potest, nisi ex rationabili fine.

ex

ex eodem Angelico art. 2. ubi supra Valentia 2. 2. disp. 5. quæst. 21. punct. 4. Sanchez in oper. moral. lib. 1. cap. 7. num. 8. 9. 10. & 11. Less. lib. 2. cap. 13. num. 31. Molin. de Iust. lib. 2. disp. 335. conclus. 4. Delbene de Iuram. cap. 5. dubit. 9. coroll. 8. petit. 2. Bonacin. ubi supra proposit. 3. num. 17. aliisque, qui exemplificant primum casum in exigente Juramentum in contractu sibi valdè utili ab juraturo per Deos falsos; Vel in petente pecuniam mutuum ab usurariè mutuaturo; Secundum verò casum in muliere se ornante supra qualitatē sui gradus, & sciente ideò aliquem Juvenem peccaturum; & dicunt priora peccata permitti posse, quia adest justa causa utilitatis, in privatis illis contractibus, *Suarez tom. 3. in 3. par. quæst. 65. art. 4. disp. 18. sect. 1. coroll. 2. vers. dixi autem, Gabriel. in 3. dist. 39. quæst. 1. artic. 3. dub. 1. Cajetan. 2. 2. quæst. 78. art. 4. Emanuel Sà verb. Vsura num. 5. Sotus de Just. lib. 6.* Vltimum autem peccatum permitti non posse à muliere, quia ornatus supra conditionem sui status, est motiuum deordinatum, & insufficiens ad cohonestandam permissionem in proximo tanti mali; ut colligitur *ex S. Thom. 2. 2. quæst. 169. art. 2. per tot Layman. lib. 2. tract. 3. cap. 13. vers. 6. est circumstantia fol. mihi 197 de charitate, & oppositis vitiis Bonac. disp. 2. quæst. 4. punct. 2. §. 1. nu 27.* qui loquitur in simili casu de fœmina se exponente in fenestris suæ Domus frequentius, quam faciant aliæ sui gradus *afferens Caietan. Azor. Sanchez, & Filiucium.* Ex quibus oritur scandalum casus nostri, quamtumvis merè passivum, esse adhuc inexcusabile, quia caret omni rationabili fine.

Quo caret Juramentum in casu nostro quia ejus finis cum sit moraliter inobtenibilis, rationabiliter intendi non potest.

20. Ad enervandam efficaciam hujus probationis auditum est aliquos ex adversariis negare absolutè, quod Juramentum irremissibiliter arctet ad mortem, vel ad perjurium; dicendo quod cum reus interrogatus de capitali delicto non teneatur illud fateri in discrimen suæ vitæ, etiamsi delatum ipsi fuerit Juramentum; *juxta doctrinam Card. de Lugo de Iust. tom. 2. disp. 4. sect. 1. num. 14. & 15. Navar. Panormitan. Silvest. Armill. Sà, Angel. Rodriguez, Dianæ, Reginald. & aliorum relat. à P. Cardena differt. 19. cap. 7. nu. 81. Less. lib. 2. cap. 31. dub. 3. num. 16. afferens l. nimis grave C. de testibus, Tamburin. lib. 3. explic. decal. cap. 4. §. 3. n. 5.* &

Nec excusari potest à maximo damno, quod causat per hoc, quod sacrilegia sint evitabilia ope amphibologiarum.

& hoc etiam post condemnationem propositionis 28. *Innoc. XI.* non obstante, quod ibi damnentur hæc verba, *quia non tenetur fateri crimen occultum*, ut observat *modernus Lombier. tom. 3. Sum. num. 15. & seq.* poterit idem reus ad salvandum mendacium invenire sensum aliquem equivocum, amphibologicum, vel quid simile ex adductis per DD. *apud d. Cardena ubi supra cap. 3. & 4.* per quem possit consulere vitæ consulendo conscientiæ. Qui utique sensus permissi sunt, etiam post condemnationem propositionis 27. ejusdem Innocentii; amphibologiæ enim, quæ ibi damnantur sunt tantum illæ, quæ habent annexam aliquam restrictionem mentalem, non autem, quæ carent quacumque ex his restrictionibus, ad tradita per eumdem *Cardena ubi supra, & cap. 3. & 8. & cap. 4. n. 35.* & sic poterit reus non accipere scandalum à delatione Juramenti.

21. Verumtamen hæc responsio non officit; ommisso enim, quod *S. August. relatus in can. quamvis 22. quæst. 5.* condemnat expresse omnes obscuritates amphibologicas per hæc verba *Quacumque arte verborum quis iurat Deus tamen, qui consc. entiæ Testis est, ita hoc accipit, sicut ille cui juratur intelligit*; Ommisso etiam quod saltem post condemnationem memoratæ *propositionis 27. Innoc. XI.* sententia permittens occultationem criminum deberet esse valdè suspecta, juxta modernum *Filguera in exposit. d. propositionis*, & dato pro nunc illas suffragari posse etiam in Judiciis (pro qoibus tamen ostenderetur inutilitas per confutationem principalium regularũ, quas tradunt DD. nisi esset nimia digressio, quæ tamen si reducatur huc difficultas facilè fiet; aliud enim est respondere uni, vel alteri interrogationi tranquillæ menti propositæ, ut fit extra judicium, aliud tam multas similium obscuritatum celeriter invenire, quibus bene satisfiat conscientiæ, & simul centenis Judicis petitionibus, in magna illa mentis perturbatione, quæ est inseparabilis à metu pœnæ, & conscientia culpæ) Dato inquam posse suffragari; non ideò satis consulitur charitati proximo debitæ, non enim sufficit ad excusandum à peccato scandali, quod proximus habeat media ad se præservandum à malo, sed requiritur etiam quod de facto utatur his remediis, & se præservet; Quem-

Quidquid enim sit, utrùm hæ possint semper suffragari in decursu Judicij.

Requiritur saltem quod rei illis utantur, nec sufficit quod possint uti.

Quemadmodum in exemplo superius allato fœminæ se ornantis, & exponentis visui in fenestris plus, & frequentius, quam patiatur conditio sui status, non relevat ad excusandam illam à peccato, quod juvenis quem ipsa scit turpiter peccaturum, habeat remedia ad evitanda peccata oculos distrahendo, vel fugiendo, sed sufficit quod licet potuerit non peccare, ut plurimum tamen peccaverit, & ideò sciat fœmina illum moraliter peccaturum ad tradita per *Bonacinam*, & alios allegatos in hoc exemplo; cum ergo in casu nostro maior pars reorum, quæ conflatur ex vilibus rudibusque personis, non utatur (ut constat experientia) his amphibologiis parum sollicita evitandi iniquitatem, quam bibit sicut aquam; imò non valeat uti ob incapacitatem bene percipiendi, quid sint, & quomodo ad praxim deducantur, nil relevat ad excusandum juramentum à scandalo, quod possit aliquando aliquis reus harum doctrinarum non inscius, & ingenio pollens, regulis Doctorum feliciter uti ad evitanda mendacia. De facto autem his non utuntur; immò sunt incapaces utendi.

22. Præter quamquod velle tueri legem juramenti hoc pacto dicendo quod adsint remedia amphibologiarum ad eludendam ejus vim, est robur adjicere primo, & secundo defectui ex supradd. Si enim possunt rei sine peccato veritatem regere, non obstante juramento, horror profecto sacrilegii erit omninò inutilis ad impediendam occultationem veritatis, & ideò ejus delatio convincetur melius vana otiosa, & inhonesta, ut imprudens; Præterea hæc est opinio illa superius enunciata, quæ si vera sopponatur (quod ego affirmare, ut dixi non auderem) lex nostra. Præterea si suffragarentur Iuramentum esset aliundè tollendum, quia superfluum.

23. Deficit etiam in quinto requisito justitiæ; cum enim dare, & exigere dicant relationem ad invicem, sequitur non posse exigi ab aliquo sub aliqua pœna, quod scitur ipsum non teneri dare, sub eadem pœna posito etiam quod exigatur, ut colligitur ex *Card. de Lugo de just. & jure disp. 40. tom. 2. sect. 1. in respons. ad obiecta; Cardena d. dissert. 19. cap. 7. num.* 84. & ideò posse quidem judicem sine injuria exigere à reo confessionem criminum per torturam, & alia hujusmodi pœnalia; quia reus tenetur fateri sub pœna; posse pariter ervere depositiones à Testibus per media inducentia culpam, quia Testes regulariter deponere tenentur sub culpa; Et si aliquando excusantur, ut in casu magni Quinimmò tunc etiam injustum. Vt probatur.

præ-

Digitized by Google

præjudicii resultantis, aliisque enumerat. per *Laym lib.3. de just. cap.4. tract.6. num.9. in fin. Less. lib.2. de judiciis cap. 30. dub. 6. num. 50. Navar. cap. 25. num. 50. Delbene de juramento cap. 1. dub. 16. in coroll. nu.2.* Iudex hoc nesciens saltem scientia publica, quam solum attendere debet, *Conciol. verb. Iudex resol. 8. num. 2. Dian. in summ. in verb. Judex num. 5. & passim DD.* cum non appareat ex actis, non petit injuriosè sub culpa, quod nescit alios posse celare sine culpa, sed è contra non posse ipsum Iudicem exigere à reis confessionem criminum medio juramento inducente culpam, quia rei (ut suppositum est ex benigniori sententia) non tenentur fateri sub culpa, etiam posita delatione juramenti, nec hoc ignorari potest à Judice cum eorum maximum præjudicium, quæ est causa excusans, veniat ex natura sua à confessione delictorum.

24. Quod est etiam de expressa mente legis, quæ agnoscens injuriam, quæ fit alicui exigendo ab ipso, quod ipse non tenetur dare, prohibet regulariter judicibus examen Testium contra patrem, fratrem, sororem &c. per hoc ipsum, quod ipsi regulariter non tenentur ad invicem testimonium dicere, *l. 5. C. de testibus l. Iulia, ff. eodem Farin. quæst. 55. num. 171. Clar. quæst. 24. num. 22.*

Nec motivum hoc injustitiæ militare potest etiam contrà simplex examen.

25. Nec objici potest, quod etiam simplex examen sit inductivum culpæ in renuente fateri, perinde ac juramentum cum solo discrimine, quod examen inducit culpam leviorem mendacii, juramentum verò graviorem periurii, inter quæ tamen non facit Deus differentiam in linea culpæ cum solum differat secundum magis, & minus, iuxta *glos. 1. in cap. 1. de pactis;* De examine tamen nemo dicat esse reis injuriosum, eo quod exigatur ab ipsis veritas sub culpa.

Proptèr disparitatem, quæ affertur.

26. Replicatur enim, quod exigere sub culpa, quod dicimus esse reis injuriosum non est præcisè petere opus aliquod ex cujus negatione oriatur, per accidens, & extra intentionem petentis, culpa; Sed est intendere positivè peccatum recusanris dare id, quod exigitur, tanquam medium ad assequendum suum finem; Quare cum in casu nostro Judex in examine rei non intendat uti horrore mendacii recusantis fateri, ut medio ad detegenda delicta, sed tantum deveniat ad examen, ut consulat justitiæ, & etiam

ipsi

Digitized by Google

ipsi reo, cui fieret injuria si inauditus condemnaretur; ipso de cætero ità parum curante conscientiam illius mentientis, ut si per impossibile posset abesse Dei offensa à rei mendacio, non per hoc abstineret ab ipso examinando; Sequitur, quod non dicendus sit in hoc casu exigere ab ipso veritatem sub culpa mendacii.

27. E contra verò cum non moveatur ad deferendum reo juramentum, nisi ex hoc, quod sperat horrorem perjurii futurum esse medium efficax ad refrenandum ipsum ab occultatione criminum, cum alioquin necessarium non sit, & justitia sine ipso benè possit administrari; absque dubio culpa rei pejerantis imputanda est ipsi Judici injuriosè exigenti confessionem sub sacrilegio, quatenùs ordinando rei culpam ad assequendum suum finem, de illius intentione est, quod reus peccet si non fateatur, cum tamen supponatur posse illum reticere crimina sine culpa; Indeque de primo ad ultimum ratione attenta, deficere in nostra lege non scripta, requisita omnia bonæ legis.

28. Authoritate nunc Sacrorum Canonum omniumque ferè Doctorum in hac materia scribentium, probatur etiam ejus accidentalis malitia.

29. Quod enim Sanctiones Canonicas attinet, non solùm in nulla ipsarum approbari legimus Juramentum de veritate dicenda; Sed ex toto titulo de purgatione Canonica manifestè evincitur esse contrà mentem Legislatorem; purgativum enim; quod signanter in *cap.* 1. hujus Tituli, videmus permitti ad confirmandam similiter veritatem, & purgandam infamiam, expresè negabatur vilibus personis, & criminosis; propter majus periculum perjurii, in non audiente honoris incitamenta, ut ignobili, & conscientiam, ut iniquo, juxta etiam expressos Canones Concilij Maguntini, & Triburiensis, quorum primus refertur à *Gratiano in Canone Presbyter.* 17. *quæst.* 4. Secundus autem à Gonzales *in Comment. ad tit. de purgat. vulgari*; habens hæc expressa verba: *Si quis &c. infamia deputatus &c. Vetatur jurare*; Ex quibus oritur non esse de mente Legislatorum Juramentum casus nostri; quod indistinctè tribuitur, bonis, & malis; Nobilibus, Vilibusque; timeatur, aut non timeatur perjurium, & quandoque etiam post ipsum emissum.

Auctoritate etiam plurium Canonum, qui adducuntur, confutatur praxis, nostri Iuramenti.

Sed

30. Sed ne immoremur in deductivis legum reprobationibus; *Can. qui exigit 22. quæst. 5.* expressè declarat recipientem Juramētum ab eo quem scit falsò juraturum, verum esse homicidam; Idem confirmatur *in Glos. 1. Can. quamvis 22. quæst. 1.* idem *in Can. 4. si quis dicta quæst. 5.* ubi imponitur septem annorum pœnitentia, & Jejunium, quadraginta dierum inducenti alios in perjurium; idem *in Gloss. finali in regula cum sunt de regulis Iuris in 6. idem in Gloss. 2. cap. præsentium de Testibus*; idem *in cap. verum de jure juran.* idem *in Can. 5. ille qui* vbi scribit S. Augustinus exigentem tale juramentum occidere duas animas, & ejus quem jurare provocavit, & suam, nec non etiam illum vincere homicidam, adducendo *in serm. 11. de Sanctis*. Exemplum cujusdam Civis Hypponensis, qui raptus divinitùs in spiritu, acerbè vapulaverat, eo quod id fecisset.

Nec suffragari valet, quod videantur loqui de personis privatis, nõ de Iudicibus.

31. Nec interpretari valent hi Canones procedere, ubi agatur de personis merè privatis, non verò de publicis Judicum, ob rationem adductam à *S. Thoma 2. 2. quæst. 98. art. 4.* explicante Augustinum, quod Judex exigens ad instantiam partis non videtur ipse exigere, sed potiùs pars, ad cujus instantiam exigit; Cui doctrinæ adhærent cum *Cajetano ad D. Thomam ubi supra Covaru. cap. quamvis par. prima, §. 5. num. 3. Suarez de Iuramento tom. 2. de 2. præcept. Decalog. lib. 3. cap. 13. Bartol. in l. inter omnes, §. Rectè in fine, ff. de furtis, Bonaci disput. 4. quæst. 2. puncto 11. nu. 2. Sanchez lib. 3. cap. 8. num. 2.* & melius *num. 3. Beltram. Const. 321 num. 3. in fine lib. 3. in prima parte*, ita communiter Juristæ, & Theologi, ut vix inveniatur, qui audeat negare Judici potestatem deferendi reis Juramentum.

Vt probatur.

32. Respondetur enim S. Thomam, aliosque non dispensare Judices à vi horum Canonum, eo quod eorum verba, & intentio legislatorum non eos comprehendant, sed eo quod consuetudo, quæ contra mentem eorumdem Legislatorum invaluit, transivit in legem; quæ est omninò observanda à Judice; patet autem hanc fuisse mentem S. Doctoris; Tum quia permissionem, quam tribuit Judici deferendi Juramentum probabiliter abusuris, refert ad necessitatem, quam habet sequendi ordinem Juris, ante enim superiùs allegatam ipsius doctrinam hæc habet verba, *si autem persona publica secundum, quod exigit Ordo*

Iu-

Iuris &c. non videtur esse in culpa. Tum quia in nullo Iure scripto fundare potuisset hanc diuersitatem obligationis inter Iudicem, & priuatum; allata enim Iura Cononum cum indistinctè loquantur, essent ei manifestè contraria: Ex generalitate enim verborum non concluditur permissio in Iudicibus, sed excluditur manifestè per regulam, *dictum de omni, dictum de nullo*, & quod tollit omnem difficultatem, est clarus *Textus in cap. Clericos de cohabitat. Clericorum, & Mulierum*, ubi prohibetur non alicui personæ particulari, sed Iudici, scilicet Archiepiscopo Salernitano deferri amplius juramentum Clericis Concubinarijs, de abstinendo ab earum Concubinis; & hoc agit Pontifex, non alia de causa, nisi metu perjurij, facilè incurendi, ubi agitur de vincenda tam magna naturæ inclinatione, ibi -- *Ne in eamdem fornicationem instinctu Diabolicæ fraudis redeuntes, perjurii reatum incurrant*, ubi *Gloss.* 2. & 3. deducunt exinde regulam universalem, juramentum nõ esse deferendum ei, contra quem est præsumptio de transgressione. Ex quibus patet non obstante distinctione allata DD. qualis fuerit mens omnium Legislatorum à sola deindè consuetudine efficaciter, sed irrationabiliter elusa.

Et signanter ex cap. Clericos.

33. Responsio, quæ dari audita est ab aliquibus, optimè agnoscentibus vim dicti *Capituli Clericos*, nempè quod ibi movetur Pontifex ad prohibendam delationem Juramenti, eo quod adsint alia remedia efficaciora ad impedienda scandala, dicit enim *suspensionis, & Interdicti sententia debes arctius cogere*; parum est facienda, quia etiã in casu nostro alia remedia non desunt; eo efficaciora ad eruendam confessionem à reis, quam sint illa Episcoporum ad refrenandos Concubinarios; quo Torturæ, Vigiliæ, & similia, quæ dantur Reis negantibus, vincunt suspensiones, carcerationes, Exilia, pœnasque pecuniarias, quas Curiæ Ecclesiasticæ cominantur Clericis Transgressoribus.

Qui vindicatur à respõsione, quæ ipsi dari audita est

34. DD. autem reprobantium hoc juramentum, infinitus est numerus licet enim omnes testentur de hac consuetudine, nunc legitimè præscripta; omnes tamen uno ore invehunt etiam contra ipsam; & ut manifestam occasionẽ perjurii, conueniunt, quod abroganda esset à Principe,

Comprobatur etiam auctoritate DD. malitia nostræ legis.

Less. lib. 2. cap. 31. dub. 3. num. 21. Menoch de arbitr. lib. 2. casu 192. num. 4. Gomez. tom. 3. cap. 12. num. 5. & 15. Delbene dubit. 17. num. 4. Ant. Scap. lib. 5. Jur. non script. cap. 65. num. 7. & alij innumeri.

Licet ab ipsis dicatur sequenda.

35. Quod si hoc non obstante inquiunt esse sequendum, *Suarez, Sanchez, Delbene, Card. Vasquez, Scac. Bonac.* alibi superiùs allati; hoc tamen non libenter dicunt; nec indistinctè in omnibus circumstantiis; limitat enim procedere *Delbene*, quando Iudex aliam viam non habeat obtinendi veritatem; alias si commodè juramentum declinare potest, dicit teneri; limitat *Marsilius in l. quæst. habendæ ff. de quæst: num. 73. circa finem vers. & hac de causa* quando probabiliter non credatur reus peieraturus dicens se aliquando abstinuisse, quando id suspicabatur; Restringit *Lessius cap. 42. lib. 2. dub. 10. n. 49.* ad solas circumstantias, quando aliud medium non possit Judex facilè adhibere; Ex quibus euincitur, ipsos non approbare tale juramentum, sed authoritate ductos permittere tantum continuationem consuetudinis; frigidè tamen, & adeo debilibus argumentis, ut quam pluribus ipsorum possit facile responderi; posset enim concedi *Less.* Judicem posse adhibere ea, quibus solet elici veritas, quæ est ratio, quam adducit *dicto nu. 49. ubi suprà*, negari autem, quod juramento soleat elici; concedi *Bonacin. disp. 4. quæst. prima punct. 11. num. 2.* posse aliena peccata permitti, quando adsit justus finis id faciendi; negari autem, quod in casu nostro adsit hic finis, ut dictum est; negari *Patri Delbene*, quod Iudex abstinens à delatione juramenti; propter probabilitatem alieni perjurii, sequeretur scientiam priuatam, ut ipse videtur opinari, *cap. 5. dub. 9. Corolario primo num.* 11. Publica enim scientia hoc illi constat, quia ex actis ipsis eius Curiæ dignoscere potest maiorem partem reorum esse periuram.

Hoc enim dicunt multis limitationibus.

Et loquuntur quoad Iudicem, non quoad Principem.

36. Sed suppositis etiam validissimis rationibus, approbantium in Judice continuationem huius consuetudinis; non ideò iuxta ipsos esset permittenda à Principe eius obligatio in posterum; quia si in tantum Iudex potest in delatione juramenti permittere peccatum rei; quatenus est subiectus legi præcipienti, idem iuramentum, alias parum utile publico bono, ut cum *Claro §. finali lib. 5. quæst.*

Digitized by Google

quæst. 45. *num.* 9. loquuntur DD. supracitati; sequitur non posse permitti à Principe, qui legibus non est ligatus, nisi vi directiva, quatenus promovent publicam utilitatem.

37. Visa malitia saltem accidentali nostræ legis non scriptæ, videndum nunc est num per continuationem ipsius, impediatur aliquod maius malum, quod oriatur fortasse ex abrogatione.

38. Tria audita sunt magni fieri, primo scandalum, quod oriretur ex condemnatione antiquissimæ praxis, obserseruatæ in Curiis omnibus Ecclesiasticis; & Secularibus, Romæ etiam in eius dignioribus Tribunalibus, & quod magis est, in supremo illo, & authoritatem faciente Sanctissimæ generalis inquisitionis.

Proponuntur tria obiecta cum suis fundamentis audita excitari contra nostram assertionem.

39. Secundò præjudicium, quod oriretur rectæ Iustitiæ administrationi, quia si non deferretur Reis juramentum de veritate dicenda, non possent probare contra Socios criminum inculpatos; tunc enim funguntur officio Testis, in quo tota vis, & substantia Testimonii consistit in juramento, ut est *Textus in cap. fraternitatis de Testibus in fine*, & notat *Baldus in l. Jus Jurandum C. de Testibus in fine, & in l. Presbiteri num.* 13. *vers. quæro aliud C. de Episcopis, & Clericis. Mascard. de prob. lib.* 1. *quæst.* 5. *num.* 77. *Scacc. l.* 2. *cap.* 8. *nu.* 442. *de Iudic.* Quod etiam in ipso Teste est de Iure Diuino; & ideo omninò indispensabile à quacumque potestate creata *Felin. in cap. constitutus nu.* 15. *&* 16. *de rescrip. Menoch. de arbit. l.* 1. *quæst.* 26. *num.* 3. *&* 4. *Marsil. singul.* 214. *ad validitatem in fine, August. de Ancon. lib. de potestate Ecclesiæ quæst.* 55. *art. ultimo, Paris. cons.* 83. *potuit num.* 34. *lib.* 1.

40. Tertiò, sequeretur, quod deberet tolli juramentum etiam Testium simplicium, non sociorum, pro quo militant à fortiori superius allata jura, non enim videtur esse major ratio illud tollendi reis, quam Testibus.

41. Verùm non valdè urgent obiecta; primò enim respondetur, quod nullum scandalum esse potest in abrogatione huius antiquæ praxis; non enim ex hoc, quod modo justis de caussis tollatur; argui potest Curias errasse illam sequendo; quin imò certum est ita benefecisse, ut non potuerint hanc ommittere sine culpa, quia ubi malitia legis

Et respondetur primo scandali, Curias nõ errasse, sequendo consuetudinem non evidentèr malã, quæ lege præcipiebatur.

Digitized by Google

non transit fines probabilitatis, dispensare non potest à sequenda lege; cuius obseruantia præcipitur à communi opinione DD. non obstantibus contrariis motiuis ab ipsis benè perpensis; nec famæ Tribunalium obstare potest, quod praxis, quam sequuta fuerunt, inueniatur mala accidentaliter in se ipsa, sufficit enim quod non errauerint illam amplectendo; quæ duo sunt inuicem compatibilia; nam culpa agentis non commensuratur à malitia objectiua actus, sed à dictamine conscientiæ non approbantis exequutionem-*Layman. lib. 1. tract. 1. cap. 4. de conscientia num. 2. ꝭ. Rationem* allegans *S. Thomam, & Riccardum in 2. dist. 39. artic. primo quæst. 3.* hoc enim casu approbatio cadit potius super sequibilitatem operis, quam super bonitatem ipsius.

Immò non potuisse aliter facere ad euitandum scandalum,

42. Sed dato etiam, quod cognouissent Curiæ eius malitiã quomodo quęso poterant illam omittere, quamuis non approbarent? uniri omnes in hoc consilio in tanta locorum distantia, in defectu promouentium hanc unionem erat penè impossibile; hoc agere priuata auctoritate inconueniens; quid enim dixissent Populi, quid Princeps? quid alij Iudices? videntes se tacitè argui ignorantiæ, aut imprudentiæ in prosequutione talis obseruantiæ? præsumptuosum profectò fuisset præferre proprium alienis Iudicijs, & euitatio talis scandali fuisset finis sufficiens ad justificandam delationem Iuramenti, quæ ut vidimus solum redditur mala in casu nostro ex defectu finis, ut notat *Less. dicto cap. 42. lib. 2. dub. 10. num. 49.* reprobans hoc scandalum quod darent Iudices particulares in abrogatione consuetudinis priuata auctoritate; nõ illud quod daturus esset Princeps tollendo generaliter legem, quia hoc est merè fantasticum, vel ad summum scandalum Phariseorum non pusilorum.

Nec valent argui quod non consuluerint Principem, aut Princeps ipse, quod non abrogauerit praxim.

43. Nec dici valet, quod saltem Sanctissimum Tribunal, si non poterat de se ipso derogare legi: saltem demonstrare debebat Supremo Principi legis malitiã ut ab illa dispensaretur, vel saltem Princeps ipse non subjectus legibus, poterat illi derogare; ita quod hoc non faciens, videatur approbasse continuationem hujus usus.

44. Siquidem ut arguatur positiua approbatio in Supremo Tribunali, & in Principe, non sufficit, quod uterque ad

pra-

Digitized by Google

praxim deduxerit respectiuè; & permiserit; nisi evincatur disceptatum fuisse de bonitate talis consuetudinis, ejusque fundamenta discussa; alias sequi aliquam praxim in fide legis, illam præcipientis, est tantum approbare negatiuè, seù non reprobare; per quam non reprobationem praxis, illam sequens non fit debitor ejus malitiæ, vel bonitatis; sicuti miles, qui pugnat pro Principe, per hoc quod sequatur bellum, non dicitur positivè approbare justitiam belli, sed negatiuè tantum idest non reprobare; ita quod si discussis deinde motivis inveniatur bellum injustum, non possit argui imprudentiæ ob pugnam in fide Principis susceptam; quare cum nec Tribunal Sanctissimæ Inquisitionis, nec Supremus Princeps quæstionem unquam egerint de bonitate, vel malitia nostræ praxis deferendi reis juramentum, pro qua consuetudo clamabat, & DD. sequendam scribebant; numquam dici possunt, hanc ita approbasse, ut non valeant modo ab ipsa sine nota recedere.

Nàm Tribunalia, & Princeps benè poterant transire in fide consuetudinis re non discussa.

Quod non est approbare nisi ad summùm negativè, ot ostenditur exemplo.

45. At brevitati consulendo, videtur hoc dilemma tollere omnem difficultatem, aut enim permitti potest continuatio juramenti, de quo loquimur, aut non potest; si potest, cessat ergo scandalum, quamvis tollatur; quia nemo poest argui de præterita permissione alicujus rei, quæ sit etiam ex nunc permissibilis, quantumvis modo dignis de causis auferatur; si non potest permitti; parum interest utrùm adsit scandalum in ipso tollendo, vel non adsit, quod enim malum est; fieri nunquam potest per hoc, quod oriatur ex ipso aliquod bonum, ex trita regula. Si sit igitur malum permittere delationem juramenti, non poterit permitti per hoc, quod ex illa proveniat bonum evitationis scandali.

Meliùs autem dilemmate tollitur hoc obiectum scandali.

46. Preter quam quod, qui nimis scrupulose timeret hujusmodi scandala, ubi agitur de tollendo aliquo abusu, nimis discederet ab antiquo more Ecclesiæ, quæ nunquam per hoc abstinuit à malis usibus reformandis, ne vano timore possibilium malorum, stabilirentur, & crescerent vera, & præsentia mala.

Præterquamquòd hoc etiam dato, nõ esset valde curandum juxtà antiquum morem Ecclesiæ.

47. Insigne Exemplum de hoc habemus in *cap. 3. & toto tit. de purgatione vulgari*, ubi licet antiquus usus transmissus à Gentilibus similium purgationum, per ferrum candens, fer-

Quæ ideò non abſtinuit à reformandis abuſibus purgationum vulgarium aliàs approbatarum.

ventem aquam, duellum, & ſimilia; Irrepſiſſet etiam inter fideles, imò fuiſſet ab aliquibus Conciliis provincialibus toleratus, & reſpectiue præceptus à Triburienſi, & Maguntino, ut videre eſt apud *Gonzales in cap.* 1. *de purgat. Canon. & in Comment. ad tit. de purgat. vulgari per tot.* his minime obſtantibus Honorius Tertius nullo habito reſpectu ad Conſuetudinem inveteratam Eccleſiarum, & approbationem reſpectiue Conciliorom, non modo illud ſuſtulit, ſed etiam expreſsè improbavit tamquam intrinſece malum, eo quod includeret tentationem Altiſſimi, (quæ iuxta *S. Thomam* 2.2.*quæſt.*97. *art.* 1. conſiſtit in expectatione aliqua gratuita, & ſine cauſa, alicujus effectus divinæ potentiæ, non ſuffragantibus exemplis Adulteræ, quæ purgari præcipiebatur *in Sac.Num.Cap.*5.& SS.Virorum has purgationes adhibentium in lege gratiæ, ut legimus de Brigida Virgine in Scotia apud *Lactantium cap.* 7. B. Bricio Epiſcopo Turonen. ex *Gregorio Turonen. lib.* 2. *Hiſt. cap.* 1. Montano Archiep. Toletano apud *B. Hidelfonſum in præfat.de Viris Eccleſiaſticis*, quia cum in utroq; Teſtamento Deus id expreſse voluerit, ubi per legem, ut in Adultera, & ubi per impulſum particularem, ut in SS. Viris, adherat juſta cauſa expectandi effectum ſuæ potentiæ, per quam ceſſabat ejus tentatio.) Et tamen hæc improbatio, & prohibitio hujus Pontificis, & alia ſimilis Silueſtri Secundi in epiſt. miſſa Lamberto Epiſcopo Maguntino, quam notat dictus *Gonzalez ubi ſupra*, ſunt longe in fortioribus terminis caſus noſtri: quia illic agebatur de eradicando, ut in ſe malo, more aliquo à Conciliis provincialibus tollerato, & reſpective præcepto, & à Sanctiſſimis Pontificibus ipſis tam diù permiſſo; pro quo nulla lex, nullaque ratio clamabat, quique non poterat ignorari; hic autem in delatione juramenti agitur ſolum de tollenda obſervantia non intrinſece, ſed tantum per accidens mala, à nullo Concilio, nulloque Iudice Eccleſiaſtico poſitive approbata, quia à nemine diſcuſſa, ſed ſolum ab omnibus ſequuta in fide legis præcipientis; quare ſi Pontifices memorati non timuerunt inurere notam Conciliis improbando, quod ipſa præceperunt, cur debebit modo timeri abrogatio delationis Iuramenti, quæ neque mos dici poteſt, ſed ſimplex ſolemnitas judicialis, pro qua nemo unquam pronunciavit? Se-

Digitized by Google

48. Secundum, & fortius Exemplum suppetunt Nobis Sacræ literæ, in Paulo Apostolo condemnante aperte Petrum, ut reprehensibilem eo quod manducans cum gentibus cibos vetitos à lege judaica, postea ne quibusdam Judæis supervenientibus scandalo esset, se ab eis segregasset, ut habetur *in Epist. ad Galat.* 2. ibi: *in faciem restitit, quia reprehensibilis erat*, quoquo enim modo credere velimus factum contigisse, peccaverit ne Petrus, an non peccaverit, de quo tanta est quæstio inter Hieronymum, & Augustinum; semper sic urget argumentum; si Paulum non tenuit Reverentia Summo Pontifici Apostolorum Principi, debita, quo minus reprehensibilem diceret, & hoc etiam in circumstantiis, in quibus minus congruum visũ fuisset, scilicet periculi enervandæ ejus existimationis, & authoritatis in primordiis Ecclesiæ nascentis, nec adhuc satis firmæ, periculi scismaticis inter Gentiles, & Judæos baptizatos, qui de legalibus cibis olim disputaverant, facile nasciturі; periculi erroris alicujus circa supremam Auctoritatem Petri, quem Paulus impetebat; quanto magis idem agendum erit in Casu nostro; ubi non agitur de condemnanda actione aliqua Supremi Principis, declarando ipsum reprehensibilem, sed mera judiciali observantia Tribunalium inferiorum, & hanc etiam non arguendo per hoc Judices, qui illam sequuti fuerunt?

Quod etiam comprobat exemplum Pauli reprehendentis apertè Petrum.

49. Quod si audienda esset circa hoc factum sententia S. Hieronymi *Epist. 79. ad Augustinum, S. Joannis Chrysostomi in gal. 2., & de Sacerdotio; Origenis, Theodoreti in gal. 2. Cassiani collat.* 17. *Theofilat. in gal.* 2. aliorumque dicentium Petrum verè reprehensibilem non fuisse, sed simulatam ex cumdicto inter Apostolos reprehensionem illam, spe ut Discipuli adhuc judaizantes, videndo Petrum acquiescere reprehensioni, non amplius auderent legalia in Cibis servare; longe majorem vim acciperet argumentum; si enim Paulus in dictis circumstantiis adeo periculosis reprehendit Petrum non reprehensibilem, ut consuleret saluti Gentilium, qui scandalum accepturi essent à Discipulis adhuc tenaciter judaizantibus; quid ambigendum erit in Casu nostro in damnanda Consuetudine verè reprehensibili, & mala, & hoc ad finem impediendi,

Et hoc etiam in minus urgentibus circumstantiis casus nostri.

non possibilia, tantum, sed certa, & moraliter inevitabilia peccata.

Et faciunt aliæ reformationes proximiorum temporum, quæ adducuntur.

50. Si percurrantur deinde proximiora tempora quot reformationes factæ fuerunt à Summis Pontificibus Consuetudinum, vel per se, vel per accidens malarum, quæ tamen diuturno prius tempore tolleratæ fuerant? quot inconvenientia producebat validitas matrimonii Clandestini, & tamen quanto tempore duravit parere suos malos effectus ante Sac. Concil. Tridentinum, quod eam sustulit; Quæ obmurmuratio non oriebatur à nimia liberalitate Pontificum erga Nepotes, & tamen Pontifices indulxerunt sanguini, vel nihil agendo, indulgeri permiserunt à successoribus, ante glor. Constitutionem *editã anno* 1692. regnantis Pontificis Innocentii XII. nunquam satis hac de causa laudabilis, si vel unica fuisset inter tot ejus præclarissima gesta. Nihilominus nec Sac. Concil. Tridentinum, nec S. Pontifex fæliciter regnans, abstinuerunt à reformandis his abusibus vano metu notæ Antecessoribus inurendæ. Ex quibus discere possumus, non valde curandum esse scandalum vanum, & omninò ideale, quod fingitur in diminuenda existimatione Tribunalium, quæ alias hanc observantiam Juramenti sequta fuerunt; modo occurratur, scandalo verò, & subsistenti, quod accipiunt rei ab eodem Juramento, quod ipsis defertur.

Respondetur secundo objecto de reis, qui non jurati, non possunt esse testes quoad alios.

51. Secundo Absurdo, quod obiicitur de reis quando sunt Testes quoad alios, potest replicari primo quod regula, quod reus principalis probare non possit contra socium inculpatum, nisi ejus dictum munitum sit juramento, non est adeò inconcussa, & indispensabilis, ut præfertur.

Omisso enim, quod hoc fallit pluribi locorum.

52. Siquidē, præterquamquod non adeo necessaria est visa Carolo V. Cæsari in sua Constit. *in der ordnung.detz.peinlychen gerichtz. art.* 31. in qua euumerando Conditiones observandas in examine reorum, respectu Sociorum Criminum nunquam meminit Juramenti; *Blancus* deinde *tract. de Indiciis num.* 384. & *Alesf. cons.* 89. *num.* 8. *lib.* 3. expressè tuentur non requiri; & licet *Menochius de arbitrariis lib.* 2. *casu* 474. *num.* 60. non approbet adeo universaliter hanc doctrinam, testatur tamen hoc pratticari in pluribus locis, laudatque continuationem hujus praxis,

Digitized by Google

xis, ubi invaluerit usus; quæm etiam in hoc sequuntur *Cravetta consf.* 91. *num.* 70. *Decius cons.* 11. *num.* 9. *Soccinus cons.* 93. *num.* 52. *lib.* 3. quare rationes exadverso allatæ pro indispensabilitate Juramenti Testium possent ad summum habere locum in simplicibus Testibus; non autem in Testibus Sociis, quibus in aliquibus regionibus juramentum non defertur; ut per *Menoch. ubi sup.*

53. Sed dato etiam indispensabili Juramento Testium Sociorum; non ideò quod rei jurare debeant contra Socios, jurare sunt cogendi contra seipsos; plures enim viæ suppetunt utrumque salvandi; prima esse posset deferendi ipsis Juramentum veritatis dicendæ, respectu Sociorum, non veritatis dicendæ indistinctè, ut nunc praticatur. Secunda esset deferre Juramentum immediate post singulam inculpationem, vel ratificari facere omnes illas, quas fieri contigisset in fine examinis; licet enim DD. aliqui præferre videantur depositiones juratas ante examen, illis juratis in fine examinis, ex quo in primis non præsumatur dicere falsum, qui jam Juramementum præstitit de veritata dicenda; in secundis verò dubitari possit de falsitate, dum in respondendo nullum adest frenum non mentiendi, & post responsionem erubescentia retractationis prævalere potest de facili horrori perjurii, *Fellin. in cap. Testibus extra de Testibus num.* 5. & 6. *Panorm. ibidem cum Saliceto, & aliis*. Nihilominùs hæc ratio videtur esse parvi momenti, qui enim timet perjurium, æquè abstinebit à mendacio, cum sciat se mox juraturum esse suum dictum, ac quando prius juraverit veritatem dicendam.

Recensentur viæ, quibus utrumque salvari posset.

Et defenditur secunda ab objectis.

54. **Præterquamquod nimis probaret hoc argumentum, probaret enim Testes in processu informativo audiri non posse extrajudicialiter ante examen judiciale juratum, quod est contra receptissimam praxim, nam etiam in hoc casu in primo dicto extrajudiciali timere non possunt perjurium, quia nondum jurarunt, & in secundo dicto judiciali suspicio esse posset, quod prævaricarent ob erubescentiam retractationis, & ita *Gail.lib.1.pract.obser.obseru.* 101.*nu.* 10. *afferens Castrensem, Barthol., & Bald., Scaccia lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 38., & alii, non approbant hanc rationem, modo juramentum detur incontinenti, & immediate**



diate

Digitized by Google

diate post depositionem, & ita observatum fuisse testatur, *idem Gail. vbi sup.* in quadam Causa ab eo relata; Nec certe ille ex his modis, qui Florentiæ servatur post abrogationem juramenti reorum illic sequtam, nocet in aliquo rectæ justitiæ administrationi.

Vlterius progrediendo ex vi supradictarū rationum, non videtur indispensabile Iuramentum nec etiam quoad testes non socios.

55. At ulterius progrediendo, ex vi præcisè supradictarum rationum non ita facile judicarem indispensabile juramentum Testium simplicium non reorum, quia quoad primum Juris divini illud præcipientis, nullibi inveniri potest in Sac. Paginis hoc præceptum; nec *Caput* 31. *Genesis*, quo probatur assertio à DD. supra allatis, qui hoc tuentur, id unquam jubet, aut laudat; imo nec in ipso invenitur casus præcisus Testium juramento testificantium, etenim Laban. qui ibi jurare legitur, est principalis ipse, qui invocat Deum *Nachor*, ad coroborandas promissiones; lapis, autem ille in signum erectus fuit quidem dictus tumulus Testis, vel tumulus Testimonii, sed verè Testis esse non poterat, qui confirmaret juramento suum dictum.

Non enim jubetur aut ad praxim deductū fuit Gen. 31. ut prætenditur.

56. Præterea non sufficeret ad probandum rem aliquam esse de Jure divino, ostendere quod Scripturæ Sacræ proceres eam egerint; alias erigere similem lapidem esset etiam modo lex pro contractibus, Laban. enim se obligando hunc erexit, ducere plures uxores esset lex, quia ibi Jacob plures habebat, & sic sequerentur infinita absurda, & essent plures leges directrices, quam opera dirigibilia, Oportet adducere aliquem alium locum Scripturæ, vel aliquem ex SS. PP. qui ita explicent hoc *caput Genesis*, dicatque inducere legem, alias est incredibile.

Et quamvis ibi juratum fuisset, hoc non arguit Iuramentum esse de Iure Divino.

Sed dato quod juberetur in lege veteri, non ideò continuandum nunc esset.

57. Sed esto etiam, quod juramentum Testium esset Jure divino in veteri lege præscriptum, non ideo necessario continuandum esset, ut opinatur *Sabellus* §. *Juramentum num.* 59. cum enim præceptum Juramenti pertinet ad genus præceptorum judicialium; utpotè quæ spectant ad ordinationem hominum ad invicem, quod est id, per quod discriminantur præcepta judicialia à ceremonialibus, & moralibus, juxta *S. Thomam* 1. 2. *quæst.* 103. *art.* 1. *corpore*, & 104. *art.* 1. *pariter. corpore*, & *per tot.* sequitur non amplius obligare uti jam mortuum per legem gratiæ, licet non mortiferum; docet enim idem S. Doctor *d. q.* 104,

Et affertur ratio.

art.

art. 3. in resp. præcepta judicialia in hoc discriminari à Ceremonialibus, & moralibus, quod moralia viva sunt, & semper obligant, ceremonialia mortua sunt, & mortifera, judicialia verò non mortifera, si deducantur ad praxim, sed tamen mortua, & nullo pacto obligantia.

58. Secundum Motivum indispensabilitatis Juramenti in Testibus, eo quod sit de forma, & substantia Testimonii non magis urget; quia licet DD. exadverso allati id doceant, immo *Joan. de Grassis in arbor Judic., in quarto princip. num. 10. fol. 24.* illud constituat septimum ramum sui arboris judicialis; hoc tamen non obstante, verior, & communior opinio est in contrarium, pro qua facit *Barthol. in l. si quis legat. vers. quero pro hujus num. 4. ff. ad l. Cornel. de fals. Jason. l. admonendi num. 191. ff. de Jur. jur. in 2. rep. Alber. de Malet. tract. de Testibus cap. 7. num. 65. in fine, & num. 66. fol. 165. Scacc. de Judic. lib. 2. cap. 8. num. 445. Mascard. de probationibus lib. 1. quast. 5. num. 103. & seqq. Tynd. tract. de testibus cap. 9. num. 17. in fine, & num. 18. & 47. fol. 150.* & ratio evidenter hoc demonstrat, illud enim quod est de substantia rerum, non potest eis tolli sine destructione earumdem, alias daretur esse sine esse, quod est impossibile; ut advertit *Scaccia ubi sup. nu. 448.* atqui est receptissima, & sine Contradictore Conclusio, quod Juramentum tolli possit Testibus consentiente parte, ut *in cap. tuis quaestionibus in fine de Testibus*, & ibi *Glos. in verb. remittatur, & Abb. num. 3. & Fellin. nu. 20. Barthol. in l. labeo num. 5. & 6. ff. de iur-iur. Specul. tit. eod. vers. quid si bis sub. num. 12. Natta tract. de pact. num. 17. in fine*, vel si consuetudo saltem respectu nobilium personarum inducat, ut de facto non exigitur in Boemia, & in Austria, à graduatis Viris, ut ait *Gail. d. obseru. 101. nu. 12. & 13.* quia viget hæc observantia; ergo Juramentum poterit quidem dici solemnitas substantialis judicii, ut asserit idem *Scaccia ubi sup. num. 585.* non vero erit de forma, & substantia ipsius; adeoque per hoc præcisè non est indispensabile Testibus.

Secundum motivum adductũ pro indispensabilitate illius in testibus, non magis urget.

Vt demonstratur.

59. Si verò non per hæc duo motiva, sed aliis justis de causis respicientibus pub. bonum possit dispensari, aut non possit, non est præsentis indaginis, sed quia militat pro negativa consensus ferè communis, concludentium hanc

ne-

necessitatem, & facit exemplaris authoritas totius Regni Franciæ; & Magni Ducatus Eltruriæ in quibus defertur testibus licet non deferatur reis principalibus, ut colligitur ex *Francisco Marco* in pluribus locis, & respectivè testatur *Sabellus ubi sup.* Ne paritas præjudicet.

Respondetur tertio objecto dando dupplicem disparitatem inter reos & testes, qui de Iure jurare coguntur.

60\. Respondetur tertio, & ultimo Objecto dupplicem assignando disparitatem, cur permitti possit intestibus non in reis

61\. Prima est, quod in Testibus cessant inconvenientia illa dicta de reis, finis enim detectionis Criminum, & confirmationis veritatis, quæ in Reis obtineri non potest in illis regulariter obtinetur; experientia enim constat, pauca delicta remanere sine probatione, paucosque esse reos, qui saltem contumaces non condemnentur, cujus ratio est, quod cum Testis sæverè puniatur ob perjurium, ut colligitur *ea lege Cornelia de falso, & ait Bald. in l. iur. iur. C. de Testibus, Marsf. in l. 1. §. præterea n. 23. ff. ad l. Corn. de Sicarijs*, ubi de communi. *Scaccia ubi sup. art. 2. nu. 452. & art. 4 num.* 464. *usque ad* 467. ubi *quod punitur pæna ordinaria*, Reus autem secus, qui immo ex ipso acquirit impunitatem *Alexander in adit. ad Barthol. in l. 1. sub. n. 1. ff. de bonis eorum, qui ante sent. mor. Boss. tract. crim. tit. de perjur. nu. 3. & tit. de Captura nu. 19. Io. de Amic. cons.* 109. *num. 17. dicens de magis communi*, frequenter inveniri non potest, qui velit subire in se ipso duo maxima mala pænæ, & culpæ, ut impediat Proximo malum solius pænæ. Ex hoc oritur etiam, quod in Iuramento Testium non possit considerari inhonestas, quia cum non frustretur suo fine, adest illicò requisitus judicii, cujus defectus in Juramento reorum causat inhonestatem, desinit etiam esse contra charitatem; hæc enim non vetat permitti peccata proximi, (quæ etiam hic aliquando sequntur) quando adsit justus finis huius permissionis; cessat denique injustitia, quia regulariter Testes tenentur detegere veritatem, & si fortasse aliquando per accidens non tenentur Iudex non facit illis injuriam, nescit enim, quod attentis circumstantiis non teneantur; secus in reis, ut visum est supra.

62\. Secunda disparitas est, quod per derogationem Iuramenti Testium resistitur pluribus legibus, quæ illud expresse præcipiunt *d. lex. iur. iur. C. de testibus, cap. quoties, & cap. licet. il secondo §. testes extra eod. & Glos. ibid: leg.*

leg. Iudi ces C. de fid. instrum. & ibi glos. in verbo depos. cap. 2. eod. tit. & glos. ibidem in verbo audire, quæ tamen merentur apud nos facere aliquam authoritatem, in casu autem reorum non resistitur legibus per abrogationem; sed per continvationem praxis, cùm omni lex clamet adversus illam, sola excepta Consuetudine, quam nemo audet, ut vidimus approbare.

63. Recoligendo igitur sparsim dicta, poterunt omnia breviter ad hæc quatuor argumenta reduci.

Recolliguntur sparsim dicta quatuor argumentis.

64. Primo abrogari meretur à Principe quæcumque lex non sit simul utilis ad aliquem finem, possibilis, honesta, promovens pub. utilitatem, & justa.

65. Atqui Consuetudo deferendi reis Iuramentum, quæ transivit in legem, non est utilis ad aliquem finem, quia confirmatio veritatis, quæ est unicus quem possit habere non obtinetur, ut dictum est diffuse *à §. deficit primo* usque; *ad §. 2. deficit*. Non est possibilis, quia Confessio Criminum indiscrimen vitæ moraliter obtineri non potest, cum requirat fortitudinem Martiris, ut *à d. §. 2. deficit*, ad *§. 3. deficit*. Non est honesta, quia Iuramentum inutile ad omnem finem, ut vanum, & otiosum deficit in requisito Iudicii, ut *in d. §. 3. deficit*; Non promovet pub. utilitatem, quia sine justa Causa præbet occasionem perjurii, inevitabilis ope amphibologiarum, quibus nemo in Iudicio utitur; pauci uti possunt, *ut d. §. 4. deficit ad §. deficit etiam*; & non est justa, quia petit à reis veritatem sub culpa, quam ipsi sub eadem culpa fateri non tenentur, posita etiam delatione Iuramenti, *ut à d. §. deficit etiam* ad *§. auctoritate*.

66. Ergo lex non scripta deferendi Iuramentum abrogari meretur à Principe.

67. Secundo tolli debent Consuetudines illæ, quæ nullam habent pro se legem, sed cadunt sub reprobatione plurium legum.

68. Atqui Iuramentum de veritate dicenda nulla lege præcipitur, & militant contra ipsum plures leges prohibentes etiam Iudicibus provocare ad Iurandum moraliter pejeraturos, *ut à §. auctoritate ad §. DD.*

69. Ergo debet tolli consuetudo delationis Iuramenti de veritate dicenda.

70. Tertio, qui non subiacet legibus tollere debet illos usus,

qui

qui solum tollerantur in eis, qui subiacent legibus, per hoc idem, quod ipsis subiacent.

71. Sed Princeps non subiacet legibus, & usus deferendi Iuramentum de veritate dicenda, alias ab omnibus reprobatus, permittitur solum Iudicibus, eo quod ipsi subiaceant legi etiã non scriptæ, quæ id præcipit, *ut in §. sed suppositis*.

72. Ergo Princeps tollere debet usum delationis Iuramenti.

Quarto, Consuetedines ille, quæ reprobantur à Prudentibus, ut nutritive plurium Inconvenientium debent abrogari à Principe, si nullum oriatur inconveniens ex abrogatione.

73. Sed Consuetudo exigendi à reis Iuramentum contra se ipsos reprobatur communiter à Scriptoribus, nec est assignabile ullum inconveniens, quod oriatur ex abrogatione; Tria enim quæ audiuntur obici non subsistunt, nulla enim quoad primum nota inuritur Tribunalibus tollendo praxim, quam ipsa laudabiliter sequta fuerunt, & quoad secundum nihil deperit per hanc abrogationem rectæ Iustitiæ administrationi, cum inculpatio Sociorum sola iurari possit à reis ante, vel post examen, quoad tertium verò cum militet diversa ratio de reis, & Testibus, *ut à §. tria ad §. recolligendo*.

Ergo debet tolli à Principe usus exigendi Iuramentum à reis contra se ipsos.

Et confirmatur convenientia ab olitionis nostri Iuramenti exemplo aliorum abrogatorum.

74. Quod faciendo imitabitur exempla Iustiniani, & Cæsarum Successorum, qui abstulerunt Iuramentum à quibusdam actibus, in quibus expresse requirebatur à lege, eo quod illud existimarunt publicæ utilitati damnosum, ut habetur *in l.2.C.de Indict. vidvit tollen. lege quæ sub conditione 8.in princ. ff. de condit. in stit. l.non dubitamus 20.ff. de condit. & demonstr. ut per Turr. de pact. futur. success. lib. 2. cap. 32.num.143.& seqq.*

75. Quod si hoc facere non dubitaverunt Imperatores, ut occurrerent malo temporali Subditorum, quanto magis excitari debebit zelus Principis Ecclesiastici, ubi agitur de impediendo non simplici malo Subditorum (quod tamen non est parvi momenti, quia malum spirituale, & æternum) sed malo impetenti directè Deum quatenus quantum

tum eſt, ex humana malitia, fit toties ipſa prima veritas mendacii approbatrix, ſub larva operis minimè mali, Conceditur quidem Iuramentum malum non eſſe in ſe ipſo, ut millies dictum eſt: ſed quid prodeſt, ſi in his temporum circumſtantiis eſt per accidens malum, eo quod homines ipſo abutantur? *laudabuntur omnes*, *qui jurant in eo*, ait quidem David *pſalm.* 62. ſed cur nam laudabuntur? *Quia*, ſubdit, *obſtructum eſt os loquentium iniqua*, ubi non ſit obſtructum, & loco verbi boni, eructet perjuria, minimè *laudabuntur*, ſed tunc maximè (neſcilicet à Conſuetudine jurandi in perjurium incidatur, ut Evangelicum Canonem Auguſtinus exponit *lib. de mendacio cap.* 15. *tomo*4. *cui* adheret *S. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 89. *artic.* 2. *ad* 1.) locum habebit præceptum Domini *Matthæo* 5.

Concluditur denique cum Pſalmo 62. & Evangelico Canone Matt. 5.

Ego autem dico Vobis non iurare omninò; ſit autem ſermo veſter eſt, eſt, non, non; quod autem his abundantius eſt, à malo eſt.

Digitized by Google

Digitized by Google

1. ICET ea natura sit veritatis, ut quocumque oppositionum pondere præssa, semper emergat alacrior, & velut aurum ignibus cruciatum clariùs effulgescat; eo nihilominùs ingenii conatu, ea doctrinarum vi, ea impetitur arte dicendi in doctissimis allegationibus D. March. Fisci Advocati aliorumq; scribentiū contrà fundamēta nostri discursus *de abolenda praxi exigendi Juramentum à Reis*; ut firmitas assensus, quā à mentibus benè dispositis, & rem funditus intuentibus nostra argumenta merentur, non parum valeat perturbari.

2. Quamobrem nostri muneris esse censuimus, soliditatem rationum, quibus nostrum assumptum innititur, ab allegationibus dictorum opponentium vindicare, presertim verò ab impugnatione D. Advocati, qui nobis etiam signanter dirigit responsionē, dubitantibus verò qua ratione erga ipsum id fuerit peragendum, visum est hanc nostram replicationem dispensari non posse circa metodum à sequenda lege quam illi tradunt ejus oppositiones quibus §. ad §. nostrum discursum refutare conatur; hoc enim pacto, & meliùs adaptabuntur responsiones objectis, & data occasione recurrent stabilienda solidiùs fundamenta omnia nostræ sententiæ.

3. Quia verò multiplicitas oppositionum, & repetitiones, quę sepè fiunt in dicta responsione D. Advocati quam pręcipuè assumimus confutandam, (quibus opus est quandoque etiàm repetere replicationes), non sinunt omninò brevitati consulere, ut saltèm confusio evitetur, tota hæc responsio tribus sectionibus distinguetur; quarum prima tuebitur ea omnia, quæ diximus in nostro discursu contra eamdem responsionem d. Domini; secunda examinabit, & refutabit ejus fundamenta, tertia vero respondebit argumentis aliorum exadverso scribentium, & prò coronide totius operis reasumet brevitèr principaliora motiva nostræ sententiæ sparsim & data occasione, pluribi allata, quod inserviet prò manuductione ordinata ad totam materiam, ut ictu oculi habere omnia possit, qui fortasè nolit, aut pigeat totam percurrere ex ordine responsionem.

Digitized by Google

Delatio juramenti de veritate dicenda, cauta est lege divina & humana.

4. AGgrediendo igitur ab impugnationibus D. Advocati, firmat 1. in suo §. *Admittit num.* 74. consuetudinem Juramenti proptèr ejus antiquitatem, & perseverantiam vim legis obtinere, immò cautam esse Pontificiis, & civilibus sanctionibus, nec non sacrarum litterarum oraculis, ex quo infert insubsistentiã nostræ illationis circà defectum requisiti Judicii in ipso Juramento; si enim (ait) propter hunc defectum citò adfuturum, abstinuerunt, ut dicimus, Legislatores à condenda lege illud deferendi; permittenda nec erat inchoatio, & continuatio consuetudinis, quià in ejus initio, quod debet attendi non minus quam progressus probabilissimus etiam credi poterat prò futuris temporibus sacramenti abusus, ex quo precissè oriri prætenditur dictus defectus requisiti Judicii quod tamen cum non fecerint Judices, aut Principes sed imò constanter delatum semper fuerit Reis juramentum, corruit penitus hujusmodi ratiocinatio.

Sed esto quod nõ esset; militasset eadem ratio pro nõ permittenda consuetudine ac pro non condenda lege.

5. Veruntamem admisso fundamento illationis auctòris quoad primam partem à nobis concessam in principio nostri discursus, nempè consuetudinem Juramenti transivisse in legem, negamus omnino secundam, scilicet, quod Juramentum, de quo agitur cautum sit legibus, & in sacris, paginis approbatum propter ea, quæ opportuniori loco dicemus infrà n.40. ad 43. & sect. 2. n.93. ad 96. & n.166. 171. 221. & 222. & s.3. n.283. ad 289. advertendo etiam nos non dixisse circa hoc, ut prætenditur, quod de usu delationis Juramenti de veritate dicenda actũ fuerit in Concilio Constantiensi, sed solum approbatum fuisse, ut Reo licitum illud referre si ipsi deferatur, quod cum non sit approbare illius delationem; nobis non officit ullo modo; Ex admissione autem, quòd nostra consuetudo habeat modò vim, & auctoritatem legis, non potest inferri, quod si per hunc defectum judicii, seù inutilitatem cito ad futuram abstinuerunt legislatores a lege scripta, nec etiam permittenda fuisset inchoatio, & continuatio non scripte, quià omisso, quòd consuetudo paulatim inducitur, sepè legislatoribus insciis, & à tempore non ab illis robur accipit, & vim legis; lex deinde scripta eo ipso, quod con-

Contrarium firmatur quod nulla lege scripta precipiatur.

Et quod non sit par ratio, legis & consuetudinis.

Digitized by Google

consideratur a legislatore citò futura inutilis, non est ferenda, cum natura sua debeat esse perpetua *Layman lib.1.tract.4. cap.1. de legibus num.2.* ubi in definitione ponit hæc verba *Cum voluntate perpetuò obligandi* dicens colligi *ex Divo Thoma 1. 2. quæst. 90. art.4.* Quia lex natura sua debet esse perpetua.

6. E contrà cum inter requisita consuetudinis præscribendæ non enumeretur obligatio perpetuitatis, non possunt futuri abusus considerari ad effectum impediendi primos actus ipsam consuetudinem inchoantes, sed solum præsens inutilitas si adfuisset: in primordio autem consuetudinis Juramenti, cum hæc non adfuerit, mirum non est, quod Principes introduci permiserint hanc praxim, nec damnaverint ex defectu requisiti Judicii. Non autem ex necessitate consuetudo.

7. Quod si deindè non obstante hoc defectu (quem nunc certè habet) tollerata fuit usque ad nostra tempora; hoc non valet evincere illius bonitatem, infinita enim suppetunt exempla consuetudinum, quæ diu tolleratæ fuerunt, & tamèn posteà inventæ malæ, & damnatæ, ut illæ purgationum vulgarium, & aliæ, quas attullimus in discursu *a §. insigne usque ad §. secundo absurdo*, sed tantum tribui debet bonæ fidei Principum re non discussa, pro consuetudine præsumentium.

8. Pergit Auctor *in §. fatetur* nos urgere hoc dilemmate, vel malitia consuetudinis quatenus desumitur ex periculo perjurii, est ipsi choeva, & non erat permittenda ejus inintroductio, vel non est, & saltem propter eandẽ rationem eque tolenda obligatio fatendi veritatem seorsim a Juramento, quam DD. & Theologi cõmuniter admittuut, concluditque deindè, quod neque deficit utilitas in Juramento, quia plures ex hujusmodi spirituali tortura confitentur, vel saltem non deest requisitum Judicii, quia dato etiam quod malitia hominum finis consequutionem eluderet, adhuc prudenter media ad illum ordinantur.

9. Verum jam diximus malitiam consuetudinis, quæ paulatim incæpit, non commensurandam esse ex periculo probabili futurorum periuriorum, sed ex sola experientia præsentium abusuum Sacramenti, & ideò licet periculum fuerit consuetudini choævum, quia tamẽ malitia non fuit choæva introductioni ipsius, data etiam scientia in Principe non erat illi ullalenus resistendum; Quoad obliga- Quare ejus malitia considerari nõ debet respectu actuum futurorum sed solum respectu presentium.

Digitized by Google

Supposita in reis obligatione fatendi, quæ tamen valde probabiliter non adest.

tionem verò fatendę veritatis seclusum a Juraměto præterquā quod gratis dicitur hanc communiter admitti à DD. & Theologis, quia licet sententia hanc imponens sit communior non desinit tamen contraria dispensans ab hac obligatione, esse etiam valdè probabilis *Ut ex Card. de de Lugo de Justitia tom. 2. disput. 4. sect. 1. num. 14. & 15. sentiunt Navarrus Panormit. Silvester Armilla Sa Angelus Rodriquez Diana Reginald. & alii relati a P. Cardena disert. 19. cap. 7. num. 81. Less. lib. 2. cap. 31. dub 3. nu. 16. ex l. nimis grave C. de testibus Tambur. lib. 3. explicat. decalogi cap. 4. §. 3. num. 5.* allegans *Jo: Sanab. in sel. decis.* 43. cum aliis DD. *viginti duobus* ibi indicatis.

Nec etiam tollenda hæc esset, per hoc quod tollatur obligatio jurandi.

10. Nec deinde tollenda hæc esset per hoc quod tollatur obligatio Jurandi, quià cum hæc ultima ad nullum alium finem imponatur, quam ad eruendam veritatem non est cur non possit cum illa dispensari cum frustretur hoc suo unico fine, & ex alia parte nullum proveniat ex hac dispensatione rectæ administrationi Justitiæ & ordini Judicii detrimentum; e contra cum examen Judiciale ex quo solo oritur obligatio fatendi, non habeat tantum pro fine veritatem elicere, sed etiam ordinatè procedendo Reum audire, ut ipse possit iu contestatione inditiorum allegare suas defensiones, quibus illa elidat, ne Innocens condemnetur, & ut valeat Judex si fateatur, ordinariam illi pœnam imponere, quod nunquam evenire potest vel ferè nunquam, nisi per confessionem, præsertim in Romana Cura, ut habetur *ex Farinaccio quæst. 86. per tot. & ex Bullis Pontificum* prohiben. damnari Reos in pœnam ordinariam, nisi confessos; si verò neget & non suppetant indicia sufficientia possit illum saltem implicare in mendaciis ut in extraordinariam damnetur, ne delicta remaneant pænitùs impunita, sequitur quod hæc obligatio fatendi, quæ imponitur ab ipso solum examine, non sit remittenda etiam prævisis mendaciis secuturis propter ipsius examinis necessitatem respectivè, & utilitatem quam partim etiam, retrahit ipsemet Reus.

Propter disparem rationem nullius utilitatis in juramento.

Plurium vero in examine; quæ recensentur.

Nulla autem utilitas procedit ex juramento, cujus vi nemo fatentur.

11. Quod autem dicitur plures Juramenti vi fateri, & ideò non deficere in ipso etiam utilitatem, dissonat experientiæ & auctoritati D.D. quos attulimus in discursu dicentium perditum esse semen eorum, qui hujus metu veritatem di-

dicant, quibus addi possunt *Less. de Justitia, & Jure lib.2. cap.31. dub.3. num.16.*, qui ait *paucissimos* hos esse *Feller. de contractu Censuar. ver. Nicolaus num.82.* Qui de se ipso testatur nunquam detulisse Reis Juramentum, quia sciebat sine dubio illos velle peierare *pract. Corrad. lib.1. cap.9. §. 3. num.1. Scapp. de Jure non script. lib. 5. cap. 65. num. 5. Valer. de differen. utriusque fori ver. Juramentum diff. 2. num.2. vers. verum Nevizan Silnupt. lib.3. ver. Monitoriæ num. 44. Modern. sinistrar pract. crim. regular. tit. 19. §. 4. num. 16. pag.663. Scacc. de Judic. lib.1. cap.12. num.9.*, & alii, qui similia dicunt experientia freti, qua constat inter reos etiam spontè fatentes, vix unum, aut alterum inveniri, qui statim Judici veritatem ingenuè dicat, & in illa constantèr, & invariatè sinè ulla contradictione, aut falsa excusatione persistat, quod est idem, ac dicere, quod in toto examine aliquandò non pejeret, & præcipuè non labatur in interrogatorio illo, quod fit ab initiò *Utrùm sciat, vel excogitare valeat causam suæ vocationis, aut carcerationis*, ad quod nemo invenitur etiàm ex reis posteà fatentibus, qui candidè respondeat, se posse credere quod detentus, aut vocatus fuerit ob delictum, de quo imputatur, fatendo Judici, qud verè illud fecit, sed omnes uno ore respondent, *se nescire, aut præsumere non valere*, quæ responsio non potest salvari à mendaciò saltèm in rudibus, & illitteratis personis, quales ut plurimum sunt rei, qui de facto non utuntur, imò sunt incapaces uti æquivocis, & amphibologiis.

Vt tradunt ultra DD. allatos, alii qui hic adducuntur.

Ferè omnes enim etiam ex fassis aliquod mendacium in decursu examinis semper imiscent.

Et precipuè in interrogatorio, quã affertur.

12. In nihilo refragante quod, juramentum dicatur tortura spiritualis, & ideò sit ipsi adscribenda confessio, quià jamdiù cepit à reis parui haberi, sicuti nunc parui penditur à pluribus ipsorum ipsa etiam tortura corporalis.

Non relevante quod juramentum fit tortura spiritualis.

13. Ordinatio autem, ad quam recurritur Juramenti ad finem veritatis assequendæ, nunquam poterit salvare in ipso defectum requisiti prudentiæ, si hic finis veritatis ut plurimum non obtineatur immò non valeat moraliter obtineri, sicut enim deficit in prudentia qui nullum finem sibi proponit in operandò, ita etiam prudens dici non debet, qui ordinat ad finem media, quibus finis moraliter haberi non potest, quià hoc idem est, ac operari sinè ulla spe finis, quod repugnat prudentiæ, ad, quam

Et ideo non sufficit ordinario ad finem veritatis habendæ.

Nam deficit in prudentia, qui sibi proponit finem moraliter in obtenibilem.

 juxta

Digitized by Google

juxtà D. Thomam 1. 2. *quæst.* 57. *art.* 5. *corpore* necessaria est recta electio *quæ duo* inquit *requirit scilicet debitum finem & id quod convenienter ordinatur ad debitam finem Laiym, lib.* 3. *sect.* 2. *de prudentia & oppositis Vitiis* Ubi allegat *eundem angelicum* 2. 2. *quæst.*74. *art.* 8. *corpore.*

Obicitur quod si ex causa abusus praxis juramenti esset aboléda, precepta etiam divina essent revocanda.

14. Insistit auctor *in* §. *Prosequitur num.* 67. non deficere ordinationemConsuetudinis ad finem eruendę veritatis per hoc quod universaliter, & ut plurimum ob hominum malitiam non obtineatur; sufficere autem hanc ordinationem, nam alias omnia præcepta Divina, quorum innumerabilis est transgressio, honesto fine carerent, & essent abroganda, quia violantur, quod est absurdum, sicuti pariter absurdum esset, quod deberet aboleri præceptum veritatis dicendæ quoties Judex legitimè interrogat, quod tamen etiam sequeretur; quia cùm rei ut plurimum mentiantur, æquè violatur præceptum simplex fatendi, ac Juramentum, & æquè cessat in utroque consequtio finis veritatis eliciendæ, ad quem ordinatur.

Respondetur;

15. Sed redit eadem responsio quia licet consuetudo Juramenti non careat fine, caret tamen fine rationabili. Ut dictum est in discursu §. *nihilominus hæc Doctrina*, quatenus non potest rationabiliter, & prudenter ordinari ad eruendam veritatem, quæ moraliter haberi non potest, cum nunquam vel ferè nunquam contingat obtineri, ut evincit Auctoritas DD. allatorum hic supra §. *quod autem dicitur* & infrà *sect.* 2. §. *nec facile usque ad* §. *nec hoc est*, quod tamen ut diximus æquivalet totali carentiæ finis.

Et adducitur disparitas quod precepta divina non frustrantur suo fine per hoc quod non impleantur.

16. Per hoc autem patet discrimen inter præcepta divina, & leges humanas, hæc enim non ideò sunt abroganda, quod non adimpleantur, quià cum non habeant pro fine primatio utilitatem hominum, ad quos diriguntur, sed ad implementum divinæ voluntatis, quæ ad exercendam ejus supremam potestatem, vel alio quovis inscrutabili consilio ad se ipsum tamen semper ordinato illa tradidit, *universa enim propter semetipsum operatus est Dominus proverb.* 16. non adhuc frustiantur suo fine ex hoc, quod malitia hominum violentur, secus autem finis humanæ legis debet esse publica utilitas, ut colligitur *ex Divo Thoma* 1.2. *quæst.* 19. *art.* 2. *corpore*, quarè si hujusmodi lex non sit apta conducere ad hanc publicam utilitatem deficit in requisi-

Secus lex humana, quæ debet solum habere pro fine publicam utilitatem.

quisito essentiali *Laiman. d. lib. 1. tract.4. cap. 1. de legibus*, & ideò tamquam inutilis debet omninò aboleri sivè non sit apta per accidens ex malitia hominum, sivè per se; sicut enim si deficeret universaliter finis cessaret lex, quià non esset prudens *l. adigere §. quamvis ff. de Iure patronatus*, & *l. quod dictum ff. de pactis & authent de Nuptiis §. si verò ubi Bart. num.* 1. ita etiam cessare debet, si deficiat aptitudo ad finem, non minus enim imprudens dicitur (ut nuper diximus ex *Divo Thoma*) qui nullum finem sibi proponit, quam qui obiicit sibi finem moraliter inobtenibilem, & de facto sentiunt DD. quod lex de Jejunando in pane, & aqua quolibet quadragesimæ die, vel de abstinendo ab omnibus convivijs non valeret ut imprudens, quià nimis difficilis observationis, & ideò inutilis ad finem meriti, quem obtinere non posset ut inadaptabilis humanæ imbecillitati, quæ nostri semporibus non sinit hunc finem haberi moraliter posse *Laiman. lib. 1. tract.4. cap. 1. de legibus. num 4. Vasquez disputatione 155. cap. 1.*

Et non est prudens & cessare debet si hæc deficiat.

Sicuti lex de jejunãdo in pane & aqua tota quadragesima non valeret, tanquam inutilis, & damnosa quia moraliter inobservabilis.

17. Minus obstat, quod dicitur præceptum veritatis dicendæ æquè tollendum fore, ut carens universaliter fine, nempè veritate, quià cum hoc præceptum non imponatur a Judice distinctum ab ipsomet examine Rei (hoc enim est, quod obligat ad fatendum cum sit legitimi superioris) mirum non est, quod tolli non possit; cum alijs de causis supra memoratis abstineri non valcat Judex ab examine Rei; quod si distinctè ab ipsâ interrogatione præciperetur confessio delictorum, concedimus ultro quod hoc etiam præceptum esset abrogandum, quià cum necessarium non fuisset, & alioquin inutile, militaret etiam contrà ipsum hæc eadem ratio, quam adducimus contrà Juramentum.

Et sicuti tollendum esset etiam præceptum fatendi, resultans a reorum examine, si esset ab ipsa interrogatione distinctum.

18. Defectum requisiti possibilitatis, eadem responsione excludere conatur Auctor §. secundi nu. 73. dicendo, quod æquè imò magis impossibile censendum esset præceptum obligans ad fatendum, quod adhuc maneret sublato Juramento, quod tamen cum tale dici non possit, quia Deus impossibilia non præcipit *S. Hieronymus lib. 1. commen. in cap. 1. Mathæi* nec etiam dici dabebit moraliter impossibilis observatio legis Juramenti, quæ imò nec indiget virtute, & constantia solis martiribus concessa, quià Rei ple-

Secus autem cum non est distinctũ; non obstãte quod dicatur parere moralem impossibilitatem non peccandi, & Deus impossibilia non præcipiat.

Digitized by Google

Et non obstante quod rei occulta vi moveantur ad fatendum.

plerumque in pænam scelerum occulta quadam vi coguntur ad fatendum, Deo illorum ultionèm ità promovente; nec augeri addit impossibilitatem ex circumstantijs Personarum, & temporum, quià quocumque tempore eadem semper viguit repugnantia ad mortem, quà non obstante etiam nunc qualitas reorum criminosa justo Dei judicio illos cogit ad fatendum, vel æquè considerandæ essent hæ circumstantiæ quoad præceptum fatendi veritatem quod tamen non est tollendum eo quod sit impossibilis ejus observatio.

Cum enim impossibilitas alia sit phisica; alia moralis.

19. Sed hæc instantia, quę diverso nunc modo adducitur divini præcepti obligantis ad fatendũ æq; impossibilis observationis, facilè soluitur distinguendo duplicem impossibilitatem observandi legem, aliam scilicet phisicam, quam haberent homines si non daretur illis gratia Dei, quæ vocatur sufficiens, sine qua absolutè non possent non peccare, aliam moralem, quam habent plurimi, qui non carent quidem gratia sufficienti, sed destituvntur illa speciali, sine qua homines in talibus arduis circumstantijs positi, nunquam vel ferè nunquam contingit, quod illam observent licet valeant observare. Juxta hanc distinctionem dicimus certum esse, Deum, saltem, non obduratis, non præcipere phisicè impossibilia, juxtà illud *Apostoli 1. ad corint. cap. 10. Fidelis autem Deus, qui non patietur vos tentari suprà id, quod potestis*, sed bene aliquando, cum sit agens fortissimum, præcipere aliqua opera, quæ ex culpa, & malitia hominum, evenerunt illis adeò difficilia, ut credi non possit quod cohoperetur gratiæ sufficienti, quam habent illa exequendi, cum nunquàm, vel ferè nunquàm acciderit, quod illa fecerint. Quæ opera multum difficilia nos appellamus (juxtà communem doctrinam, de qua testatur *Tambur., Lib. 3. explic. Decal. cap. 4. quæst. 3. num 5. vers. adde*) moraliter impossibilia per accidens; & de facto, si homini immoderatè ambitioso, & habitualiter incontinenti proponatur peccatum cum muliere summè ab ipso concupita, cujus prætium sit acquisito Regni; nemo certè negaverit esse illi moraliter impossibile, quod non labatur; & tamen quia difficultas illa maxima non peccandi, provenit ex culpa illius hominis, qui contraxit malum habitum inferentem hanc moralem impossibili-

Deus aliquando præcipit moraliter impossibilia.

Vt patet exemplis.

bilitatem, Deus non desinit illi prohibere etiam in arduissimis illis Circumstantiis peccata carnis, moraliter ineuitabilia: moralem auten necessitatem peccandi adesse in his terminis,tradit etiam expresse *S. August.lib.8 confes.cap.1.* hæc habens verba, *Ex voluntate perversa facta est libido & dum seruitur libidini facta est consuetudo, & dùm consuetudini non resistitur, facta est necessitas*; quinimmò multi ex Theologis ulteriùs progredientes intrepidè asseruerunt; Excecatis, & obduratis in malitia denegari auxilia sufficientia; ita quòd habeant,non solùm moralem, sed etiam *phisicam* impossibilitatem non peccandi in pęnam peccatorum præteritorum: *Abulens in cap.4.Exodi 9.12.Roffensis in refut. art. 36.Luteri. Armacanus lib.9. de quæst. armen, cap. 27. Michael medina lib.3. de recta in Deum fide*, & alii antiquiores, quibus suffragantur *Belarmin. contr.3. lib.2. de Gratia, & lib.arbitrio cap.6. Gonet.1. part.tract.5. disp. 5.art. 5. §.6.* qua tamen impossibilitate minimè obstante prosequuntur urgere præcepta Divina etiam respectu ipsorum, & imputari illis æquè, ac alijs trangressiones.

Quæ immo etiam aliquando probant quod præcipiat phisicæ impossibilia.

20. Nec præcipere hujusmodi moraliter impossibile per accidens ex culpa hominum, dedecet Divinam Providentiam, aut Bonitatem,non providentiam,quia cum habeat Deus prò fine primario suorum præceptorum non utilitatem hominum, sed seipsum, ut dictum est, non teneturabstinere à præceptis altissimo & summo infrustrabili consilio traditis,per hoc quod aliquid eveniat illis moraliter impossibile propter eorum malitiam; nam per hoc quod desinant esse utilia, non ideò frustrantur omni suo fine; non Bonitatem, quia cum sit etiam simul justus, & moralis Impossibilitas de qua loquimur, non veniat ea natura operis precepti,sed ex hominum culpa,potest sinè nota sevitiei ordinare permissionem futurorum peccatorum, ut sæpè facit, in pænam præteritorum, obdurando cor hominis,non quidèm impertiendo malitiam, sed non impertiendo misericordiam, ut *ex S. August. ait P.segnerus Christiani instruit. part.2. discurs.10. punct. 3. num.16.*

Cum nõ dedeceat, nec eius prouidentiam, nec bonitatem.

Quia precepta Diuina per abusum non frustrantur omni suo fine Et Deus, quando que ordinat peccata futura,in penam preteritorum.

21. Quod deindè à fortiori procederet, si opus præceptũ ad quod implendum habent homines ex eorũ malitia hic, & nunc, & per accidens,moralem imposibilitatem,aliundè conduceret ad bonum universale, & pulchram providi regiminisarmoniam. His

Et ideo mirum non est quod præcipiat reos audiri non obstante morali impossibilitate non mentiendi.

22. His autem positis mirum non est, quod in casu nostro Deus velit per legitimas interrogationes obligari reos ad fatendum non obstante quod ad id habeant difficultatem maximam, seu moralem impossibilitatem; non enim per hoc minus providè præcipit, cum ejus finis, qui necessariò non est utilitas hominum, sed adimplementum ejus beneplaciti, semper obtineatur; nec minus benignè, quia cum hujusmodi moralis impossibilitas proveniat non ex opere ipso præcepto, sed ex malo eorum habitu contracto in peccatis antecedenter admissis, potest Deus in eorum pœnam sinè minima umbra sevitiei ordinare permissionem futurorum perjuriorum; eo fortius quia sumus in casu quod hæc permissio est necessaria ad maximũ Reipublicæ beneficium. Deus enim precipiendo reos interrogari, & audiri, ex quo per accidens oritur in illis moralis impossibilitas non mentiendi, consulit puonitioni criminum, quæ alias haberi non posset, & per quam impediuntur futura delicta in commuue bonum.

Fortius quia adest, publica, & priuata vtilitas in hac permissione.

Secus dicendum in iuramento, quod lege humana precipitur; quia per abusum euasit inutile.

23. At leges humanæ cum non possint habere pro fine primario legislatores ipsos, & eorum beneplacitum, sed solum publicam utilitatem, & ex alia parte nequeant ordinare permissionem futurorum pecccatorum in pœnam præteritorum, statui non debent si sint moraliter inobservabiles, & constituant homines, (presertim, si gratis) in morali Impossibilitate non peccandi, tunc enim utiles dici non possunt, cum utilitas legum stet in earum observatione, & ideò lex Juramentum præcipiens, quæ obtinere nequit suum finem, ad quem tendit veritatis eliciendæ in publicam utilitatem, ex hoc capite excusari non potest ad differentiam Divinæ legis, quæ licet quandoque violetur, nunquam tamen frustratur suo fine.

Nec necessarium ut ostenditur.

24. Precipuè accedente alia differentia necessitatis, preceptum enim Divinum obligans per interrogationes ad fatendum, est, ut diximus omninò necessarium ad puniendа delicta in publicum beneficium, quia reus inauditus puniri non potest; Juramentum autem nulo modo est necessarium, quià cum illius defectus non precludat defensiones, Nihil prohibet quod reus non juratus puniri possit etiam pæna ordinaria ut de facto accidit inditionibus illis ubi Juramentum non defertur, in quibus

ex

ex simplici confessione non jurata traditur morti, quod etiam comprobat usus aliarum regionum in quibus etiam negantes convicti pœna ordinaria plectuntur, si enim nec necessaria ibi censetur ipsa confessio, quæ est finis Juramenti, quanto minus erit necessarium Juramentum, quod non est bonum nisi ut medium ad ipsam eruendam, vel roborandam.

24. Directe ad argumentum nihil video responderi, quod tamen vidissem libenter cum professò ignorem quid valeat illi solidi replicari; adducere enim inconveniens non est illud solvere, juxta tritū dictum. Ad id autē quod probari contenditur neq; adesse hanc impossibilitatem confitendi quia sine necessitate Virtutis, & Constantiæ Martyrum rei plerumque occulta quadam vi, Deo ultore fatentur; dicimus quod si fatentur occulta vi, Deo promovente ultionem, jàm non fatentur metu Juramenti; quo casu verum quidèm est, non adesse in reis moralem Impossibilitatem fatendi, nec opus esse Constantia Martirum quam nos contendimus requiri solùm ad hoc ut fateantur ex vi solius Juramenti, non aliis viis (quorum plures benè scimus esse aptas ad eruendam Confessionem, ut ostenditur infrà §. *precipue concurrente* & § *illud autem*. & §. *addè quod* sect. 2. sed Juramentū tunc erit superfluum, quia ipsius medio non potest elici veritas, quæ est ejus finis, & ideò vel tollendum erit, ut frustratorium, si non ipsum, sed alia solum media ab ipso distincta sint apta eruere veritatem, vel abolendum erit ut constituens in morali impossibilitate non peccandi, si spes Confessionis fundetur in ipso.

Et præcipuè si rei fatentur occulta quadam vi, quia jam non moventur ex juramento.

25. Responsio, quæ datur *in §. defectus nu.*78. ad deficientiam tertij requisiti legis scilicèt honestatis probatam in discursu, confutatur ex supradictis, quia licèt lex nostra, ut dicit auctor, proponat sibi finem manifestandæ veritatis, ob publicam utilitatem, hunc tamen finem cum visum sit esse moraliter inobtenibilem, quia Veritas ferè nunquam hoc medio haberi potest, non solùm corruit prætensa necessitas consistens in Administratione Justitiæ & ultione Criminum, sed etiam Cohonestatio desumpta ab utilitate intenta, quatenus, ut semper repetimus non minùs caret prudentia, qui non habet finem rationabi-

Quare corruit cohonestatio nostræ legis, desumpta ab eius utilitate.

nabilem, quam qui caret omninò fine; finem autem rationabilem habere non poteſt, qui intendit bonum, moralitèr inconſequibile; & ideò optimè facit doctrina per nos allata *D. Chriſoſtomi*, qui cum ex dicto etiàm D. Advocati loquatur contra nimiam facilitatem jurantium, nemo certè facilior in hoc dici meretur, quàm qui nullum ſperare moraliter poteſt commodum reportandum à ſuo juramento.

Vt ex auctoritate Chriſoſtomi, quæ defenditur

26. Quod autem noſtra conſuetudo non ſit adaptabilis circumſtantiis perſonarum & temporum, ſemper benè verificatur, quià ſi pretendatur quod ex vi illius rei fateantur, eſt damnoſa, cum conſtituat in dicta morali Impoſſibilitate non peierandi, ſi verò ſupponatur, reos moveri ex occulta quadamvi memorata, jam non eſt opportuna, quia ſuperflua.

Et huiuſmodi lex eſt, aut ſuperflua, aut damnoſa.

27. Quoad defectum quarti requiſiti publicæ utilitatis, admittit auctor *d. in idem n. 79.* æquè permitti non poſſe alienum ſcandalum paſſivum, ſi non adſit juſta cauſa permiſſionis, ac activum, ſed retorqueri poſſe ait contra nos noſtrum argumentum, quia ſi in exemplis à nobis allatis excuſantur petentes pecuniam mutuum ab uſurariè mutuaturis, & exigentes Juramentum a Juraturis per Deos falſos, ex eo quod interueniat in permiſſione horum peccatorum privatum aliquod commodum permittentium; ergo excuſabit à permiſſione ſcandali paſſiui exigua quævis, & privata utilitas comparatiuè etiam ad maximum malum; ergo à fortiori excuſabit à permiſſione abuſus Sacramenti, finis non privatæ ſed publicæ utilitatis, ſcilicèt adminiſtrandæ juſtitiæ, ne veritas occultata veritate periclitetur, ut monet *textus in cap. ex litteris, & ibi Gloſſ. de Iur. Iur.* perquod ſoluitur etiam paritas de ornatu Mulieris, quia illa haberet in caſu propoſito motiuum deordinatum, Principes autem Eccleſiaſtici redargui non poſſunt, nec debent de deordinatione motiui in hac permiſſione, propter dictam publicam utilitatem quam ſemper præ oculis habuerunt.

Damnum autem excuſari non poteſt per exempla quæ ex aduerſo adducuntur.

28. Sed facili negotio ſoluitur retorſio argumenti, quia ad hoc ut exigua, & privata utilitas, poſſit eſſe cauſa ſufficiens permiſſionis Scandali paſſiui, duo indiſpenſabiliter requiruntur, & quod ipſa utilitas ualeat moraliter obtineri,

& quod

Digitized by Google

& quod fit ita sensibilis, & perspicua, ut comparari aliquo modo etiam possit saltèm ex Circumstantiis cùm præjudicio, quod oritur ex illius acquisitione, hæc autem requisita simul inveniuntur in permittentibus jnrare per Deos falsos, & accipientibus pecuniam mutuum ab usuariè mutuaturis, quia defacto retrahunt ex his actibus suam utilitatem, nempè assecurationem, & firmitatem contractus, & respectivè commodum pecuniæ, & ex alia parte hæc utilitas licèt exigua est comparabilis malo etiam magno permissorum peccatorum hujusmodi enim commodū est operantis, malum autem alienum, quo casu ordinata Charitas, quæ permittit præferre seipsum, aliis, facit etiam quod equiponderet bonum exiguum proprium, malo maiori aliorum quare; mirum non est, quod possint huiusmodi peccata permitti;

Quia utilitas accipientis mutuū ab usurario est comcomparabilis preiudicio peccati mutuantis.

Et affertur ratio.

29. E contrà uerò in Juramento utilitas intenta non est ut uidimus moraliter consequibilis, cum consistat in eruenda confessione criminum, quæ ex dictis Rationibus & DD. Authoritatibus ex vi juramenti, numquam uel ferè numquam accidit obtineri & quatenus aliqua utilitas sperari posset hec esset ut dicimus infra *sect. 2. §. quandoquidem* usque ad *§. aliud beneficium* ita insensibilis, & imperspicua, ut moraliter nulla dici deberet, nec ullo modo comparari posset cum malo Sacrilegiorum, quia cum in hoc casu malum, & bonum sint in eodem subiecto, nempè in Populo, cuius esset utilitas, si qna resultaret à Juramento, & cuius etiam est malum moralis ineuitabilitatis peccatorum, debet esse debita proportio inter hec duo extrema, nec sufficit quodcumque commodum alicuius ad permittendum eius maximum damnum, ut patet v. g. in furioso, cui licèt bonum sit restitutio, quæ ipsi fiat sui gladii, ut panem incidat, vel ut vendere possit, quia tamen hoc bonum est exiguum comparatiuè ad maius malum, quod per accidens, scilicèt per furorem verisimile est sequi propriæ vel alienæ occisionis, nemo prudens suadebit, præferendum esse bonum restitutionis cultri tàm magno periculo cedium, & de facto non obstante obligatione Justitiæ præcipientis reddere unicuique quod suum est, cessat debitum restitutionis in his circumstanciis; *Layman. lib. 1. tract. 4. cap. 8.*

E contra nulla oritur utilitas ex iuramento aut saltem ita insensibilis ut comparari non possit malo tot Sacrilegiorum

Comparabilitas autem omnino requiritur ut patet exemplo furiosi.

 §. uni-

Digitized by Google

§. *unico de legib. n. 7. Suarez lib. 2. de legib. cap.* 13. Quare non possunt in hoc casu propter claram disparitatem permitti periuria, quamuis permitti valeant alia Sacrilegia, & peccata enunciata.

30. Auctoritas textus adducti non officit casui nostro, ut videre est diffuse infra §. *legem verò* ubi examinandum assumpsimus.

Confutatur disparitas allata ad nostram paritatē mulieris se ornantis supefluè & per mittentis Scandalum passiuum in iuuene.

31. Disparitas uerò allata circa ornatum mulieris non tollit vim argumenti, quia æquè in utroque casu consideranda est deordinatio in motiuo, & insufficientia ad cohonestandam permissionem peccati, cum non magis deficiat in prudentia, mulier ordinans permissionem Incontinentiæ in juvene ad nullum, vel nullius momenti finem consequibilem, quam consuetudo permittens tot Sacrilegia obfinem per se quidem non despectibilem, sed indignum intendi, eo quod moraliter obtineri non possit; non per hoc tamen redarguendi sunt ut dicitur Principes Ecclesiastici, qui cosuetudinem tolerarunt, quià aliud est quod motivum publici boni inconsequibilis à consuetudine non possit illam excusare à permissione Scandali; aliud est, quòd Princeps argui possit de permissione ipsius consuetudinis; Ad excusandam enim consuetudinem ipsam, cuius bonitas nunc examinatur, requiritur, quod inveniatur in ea prudens causa permissionis peccati, ad saluandam autem prudentiam Principis in permissione consuetudinis, sufficit quod illi clarè non constiterit illam esse malam, quo casu cum transierit in legem, ut dictum est, re non discussa, præsumendum semper illi erat prò illius Bonitate.

Ostenditur Principes Ecclesiasticos non esse arguendos de permissione consuetudinis per hoc quod sit arguenda consuetudo.

Et quod non frustra dictum sit in discursu inutilem esse recursum reorum ad amphibologias.

32. Ex his patet quod recursus ad Amphibologias non ità ineptè queritur à nonnullis, ut videtur innuere auctor in §. *defensio num.* 80. quia licèt *utilius nasci permittatur scandalum, quàm quod veritas relinquatur, juxta D. Gregorium* ibi citatum; Veritas tamen non relinquitur per hoc quod abstinendo à delatione Juramenti delinat permitti Scandalum, periuriorum quia huius medio nunquam, vel ferè nunquam accidit obtineri, & ideo cum ordinatio ad finem huius obtinendæ non sit prudens, nec possit parere justam causam ex supradictis permissionis alieni peccati, summè releuans esset ad excusandam

no-

Digitized by Google

nostram legem à scandalo, recursus ad Amphibologias, si probari posset, medio ipsarum posse evitari peccata.

33. Prosequitur auctor in §. *Iustitiæ num.* 81. & nostro argumento probanti hanc consuetudinem esse reis injuriosam, quatenus ab ipsis exigitur sub culpa, quod ipsi non tenentur dare sub eadem culpa, respondet dando eamdem Instantiam, quam ipsi nobis objecimus, nempè quod æque esset injuriosa reis sola interrogatio Judicis, quæ & ipsa constituit illos in morali necessitate peccandi peccato mendacij, sicut Juramentum perjurij; disparitati autem, quam adduximus replicat, quod per Juramentū non intendit Judex ullo modo perjurium rei, quod æquè venit per accidens, ac mendacium sed solùm manifestationem veritatis ipsi perjurio aduersantem, adeòq; non ipsi deferenti Jnramentum magis imputandam esse culpam perjurij, quàm ipsi simpliciter interroganti peccatum mendacii, alias (inquit) dici deberet, quod antiquissima praxis delationis Juramenti semper fuisset injusta, quod est etiam contra a nobis concessa, cum diximus in principio discursus, consuetudinem Juramenti ab initio bonam fuisse, & nunc solùm per accidens malam.

Contra id quod diximus iuramentum esse reis iniuriosum, datur instantia equè iniuriosæ interrogatiuis

Et obiicitur quod si lex iuramenti esset iniusta ut pretendimus, numquam fuisset bona; nec etiam in eius Initio, quod tamen concessum a nobis est.

34. Verum hæc objectio consuetudinis concessæ ab ejus initio bonæ, nunc verò prætensæ injustæ non est magni momenti, quia licèt injustitia juxta nostrum argumentum non pendeat ex abusu & ideò semper adfuerit in delatione Juramenti, hoc tamen nos non diximus absolutè injustum, sed solùm si supponatur vera sententia probabilis nunc inter recentiores passim admissa, dispensans ab obligatione fatendi Veritatem, etiam Judici legitimis præcedentibus Inditiis interroganti, ut videre est in §. *At hæc omnia* & §. *preterquam quod velle* nostri discursus; Quia verò commnnior sententia vult, reum teneri fateri, & communiori sit adhærendum, ideò diximus, consuetudinem fuisse ab initio bonam, sicuti in hac sententia bona est etiam nunc quoad Justitiam, nullum autem est absurdum, si postea in contraria opinione recentiorum concedendum sit, quod hæc praxis semper fuerit injusta; quin immò visa est *Layman. lib.* 3. *de Iustitia tract.*6. *cap.* 5. *de Iudiciis. n.* 2. hæc sequela contrariæ sententiæ

Respondetur.

 ità



ità certa, ut ex hoc eodem argumento confirmet communiorem opinionem, dicit enim expresè quod si reus non teneretur fateri, tunc Judex malè ageret ad eum cogendum per Juramentum sufficit autem nobis, quod non ideò injusti dicendi sint Judices, vel Principes illam sequentes, & permittentes, quia ejus injustitia prò qua præsumendum erat stante anctoritate legis, in quam transierat; non illis sufficienter innotuit.

Et impugnatur replicatio; quia perjurium rei intenditur a Iudice si non ut finis saltem ut medium ad eruendam veritatem.

35. Ceterum, quod in hac mitiori sententia benè procedat nostrum argumentum nec sustineatur replicatio D. Advocati, est manifestum, quia non subsistit in facto, quod ipse respondet, perjurium rei nullo modo intendi à deferente Juramentum sed venire merè per accidens, ut mendacium quod pariter non intenditur ab interrogante, replicamus enim quod licèt Sacrilegium non intendatur à Judice *ut finis*, qui est sola manifestatio Veritatis, intenditur tamen *ut medium* conducens ad ipsam obtinendam, quatenùs vult Judex, quod reus peccet, si non fateatur, non quidem sistendo in illius peccato, sed inseruire faciendo horrorem Culpæ suo fini revelationis Criminum; Quod non contingit in peccato mendacij, quia etsi reus per interrogationem constituatur in morali Impossibilitate non mentiendi, nullo modo tamen hoc peccatum intenditur ab interrogante, neque ut medium Confessionis habendæ, hæc autem diversa intentio deferentis Juramentum, & interrogantis clarè constat ex eo, quod interrogans, non ideò interrogat ut horror peccati mendacij, refrenet ab occultatione Veritatis, quia si per impossibilè abesset peccatum à mendacio, adhuc interrogare nou sineret; deferens verò Juramentum, ideo jurare præcipit, ut horror Sacrilegij revelare faciat; quod alias non revelaretur, quodsi omninò certum esset hanc revelationem hoc medio non posse obtineri, & nunquam obtentam fuisse, abstineret à simili delatione, quæ ad nullum alium effectum conducere valet; Recurrit igitur sic argumentũ; Nemo potest cogi ad dandum aliquid sub aliqua pæna, siuè intendatur ut finis, siuè ut medium, quod illi sub eadem pœna dare non tenetur, atqui Rei juxta mitiorem sententiam nullo modo obligantur ad exhibendam confessionem sub sacrilegio, ergo non

Mendacium verò rei nullo modo intenditur ab interrogante neque ut medium

Sillogismo iterum ostenditur injustitia iuramenti.

Digitized by Google

non possunt cogi ad ispam exhibendam sub sacrilegio quocumque modo Sacrilegium intendatur; Sed per delationem Juramenti Judex cogit reos ad exhibendam veritatem sub Sacrilegio intendendo Sacrilegium quod alias committerent, si non faterentur *ut medium* ad obtinendum hunc finem; Ergo Judex non potest sine injuria reorum deferre illis hoc Juramentum.

36. Quod autem dicitur nostram assertionem quod malitia perjurij sit etiam imputanda Judici deferenti Juramentum esse contra comunissimam opinionem omnium DD. dicentium quod hæc Sistit tantummodo in Reo peierante nec ullo modo, ferit Judicem Juramentum deferentem nullo modo subsistit interminis in quibus, loquuti sumus nempe considerando actionem Judicis directè in se ipsa non verò reflexè quatenus jubetur a lege & quatenus contraria sententia ex qua excluditur injustitia, est communior, supposita enim vera opinione recentiorũ quod Reus non teneatur fateri & prescindendo a lege; Profectò vim infert qui obligat ad fatendum & per consequens debet illi etiã imputari peccatũ quod oritur ab eius injustitia; Quod si DD. cõmuni ore conveniunt non esse imputanda Judicibus malitiam perjuriorũ, est, quia considerant delationem Juramenti probabilius justam; cum sententia fauens illius justitiæ sit communior, & vident Judicem in hoc sequi ordinem juris qui dat illi justam causam huius delationis.

Defenditur assertio nostri discursus quod malitia iuramenti sit etiam imputanda iudici deferenti.

37. Quod verò respondetur, prohibitionem legalem examinandi testes arcta consanguinitate conjunctos quam ad confirmandam injustitiã jur. adduximus non probare; quia non minus prohibita fuisset delatio juramenti Reis si hæc fuisset injusta, gratis omnino asseritur; nã ut dicimus infra *sect.* 2. *§. nam omisso* hoc argumentum nimis probat, probaret enim quod omnia quæ nõ prohibentur a lege approbentur & locum solummodo habere potest quando constat, a legislatoribus examinatam fuisse materiam & discussam questionem de qua est sermo; cum autẽ in casu nostro de Juramento testium leges condiderint; Juramentum vero Reorum non constet examinasse nullo modo potest argui eorum approbatio per id quod expresse non reprobaverint.

Sicut etiam validitas motiui deducti a prohibitione legali deferendi iuramentum testibus arcta consanguinitate iunctis.

Digitized by Google

Opponitur vetustissimam consuetudinem iuramenti eiusdem esse auctoritatis, ac legem scriptam.

38\. Ad auctoritatem Canonum nullibi precipientium simile Juramentum, sed immò pluribi expresse reprobantiū; respondet auctor in §. *Progreditur nu.* 83. *& alibi remissivè* vetustissimā, & universalem consuetudinē non minoris esse auctoritatis, quam legem ipsam, sed deindè nec deficere Sanctiones hanc approbantes, ut videre est *in cap. ex litteris de Iur. Iur.* ubi in causa Criminali videlicèt usurarum, jubetur deferri Jaramentum, ut veritas eius timore reveletur, ut monet *ibi glossa in Verbo occultata Veritate* & consonat *cap. cum dilecti filii de accusationibus* ubi Innoc. III. exquirit an delatum fuerit in tali causa Crim. à suis delegatis Juramentum de mera & plena veritate dicenda, an de respondendo veraciter interrogatis, & concludit, quod in primo casu non sint admittendæ excusationes inquisiti confessi, secus verò in secūdo; Textibus autē à nobis in contrarium allatis respondet plures intelligi debere de Juramento, quòd à privatis defertur, ut sunt illi omnes ex Aug. desumpti, quos ita explicat *D. Thomas* 2. 2. *quest.* 98. *art.* 4. alios procedere solùm quando alia remedia non suppetunt ad finem assequendum *ut cap. Clericos de Cohabit. Cleric. & mulier. quem sic explicat Barbos. ind. cap. n.* 3. quas responsiones licèt videat per nos impugnari, remittit tamen ad alibi per ipsum superiùs tradita, ubi dicit fulciri validissimis rationibus & auctoritatibus, Juramentū autem purgativū pretendit potiùs favere nostræ consuetudini, & intantum dicit prohiberi uilibis, & criminosis, in quantum non debet captari absolutio per abusum Jaramenti.

Sed nec istam deficere ut per Canones, qui afferuntur.

Textibus autem contrà iuramentum adductis dantur variæ interpretationes.

At respōdetur eā dē esse auctoritatē legis, & consuetudinis, quoad obligandum, non quoad suadendam bonitatem ipsius.

39\. At quāuis eadē sit auctoritas antiquæ consuetudini ac ipsius legis quoad obligandum eadem tamen non est vis utriusque ad suadendam ipsius Bonitatem; cum enim lex scripta, ut pluries diximus, debeat esse perpetua, si hæc lata fuisset præsumendum foret ad salvandam prudentiam legislatorum, qui non poterant non prævidere futuros abusus Juramenti, hos verè non officere ipsius Bonitati, secus verò in consvetudine, quæ non habet obligationem ut sit perpetua, sufficit ad salvandam prudentiam, illam sequentium, quod de illo tempore illi abusus moraliter timeri non possent, licèt imposterum futuri forent; & ideo auctoritas legis scriptæ suaderet eius boni-

bonitatem etiam presentem; ex vi autem non scriptæ, præsumi tantùm potest præterita bonitas, de illo tempore, quo sequuti fuerunt actus consuetudinem primo inducentes;

40. Legem vero scriptam pro casu nostro nullo modo inducunt allati Canones; in *d. enim cap. ex litteris*, licèt agatur de causa usurarum quæ potest esse criminalis, agitur tamen de ipsa Civiliter intentata, scilicet non ad ad punitionem Usurarii, sed ad restitutionem peccuniæ malè perceptæ, ut ait Glossa in propositione casus ibi *quidam nomine G. impetravit, per litteras restitutionem usurarum* quo casu mirum non est, quod Canones jurare compellant, cum non præsumatur, nec experientia constet, aliquem pro tam levi incommodo, quale est illud restituendæ peccuniæ velle oblivisci propriæ salutis, & per maximam Dei offensam, ut est sacrilegium, subdere se periculo eternæ Condemnationis, è contrà verò cum agitur criminaliter ad punitionem, agitur de maximo incommodo, qualis est pæna Corporis afflictiva, ad quam evitandam constat experientia, reos nunquam, vel ferè nunquam abstinere à perjurio, & ideò legislatores Ecclesiastici benè agnoscentes differentiam casuum præceperunt Juramentum cum agitur ad interesse, non quando ad pænam. Et ostenditur cap. ex litteris non officere nostræ sententiæ.

41. Tantum autem abest ut hic textus nobis officiat, ut immò ex hoc eodem colligatur esse expresse contra mentem Papæ quod detur Juramentum de veritate dicenda indistinctè in omnibus causis, ut nunc exhibetur monet enim *ibi Glossa veritate allegans cap. Dudū il secondo de electione* quod Juramentum de veritate dicenda, de quo loquitur textus præstatur solummodò in causis spiritualibus; undè intrat prò nobis ineluctabile dilemma, quod, vel hic canon non loquitur de nostro Juramento Veritatis dicendæ causarum omnium Criminalium, de quo est quæstio, aut non est de mente Papæ constituentis, quod hoc nostrum Juramentum deferatur indistinctè in omnibus causis, ut nunc defertur. Sed immò posse prò nobis adduci.

42. *Capitulum cum dilecti*, non magis urget, quià ex hoc solum argui potest scientia in Pontifice hujus praxis, & effectus, quæm de jure parere debet uterque diversus Sicut etiam cap. cum dilecti.

mo-

Digitized by Google

modus deferendi Juramentum à consuetudine inductus; & ideò solum permissio continuationis in fide consuetudinis quæ transivit in legem, non autem præceptum, aut approbatio, ut percurrenti Verba Canonis ultrò compertum erit.

Defenditur pro casu nostro validitas textuum ex Augustino desumptorum.

43. Quoad textus ex Augustino distinctio personæ privatæ, & Judicis, optimis verè fulcitur rationibus, ut inquit auctor, & sinè ipsis etiam sufficit, quod sit doctrina D. Thomæ; sed nec in hoc §. *progreditur* nec ubi remittit videò satisfieri nostræ replicationi in discursu adductæ, ubi admittebamus cum S. Doctore Canones intelligendos esse procedere solùm cum agitur de Juramento deferendo à partibus non verò à Judice, sed dicebamus, quod cùm idem Angelicus fundet hunc intellectum canonum qui alioquin generaliter, & indistinctè loquuntur & permissionem quam tribuit Judicibus, in lege, tùm quia ibi dicit, *si autem aliquis exigat tanquam persona publica secundum quod exigit ordo juris non videtur esse in culpa* tùm quia ex solo ordine juris sequendo, vim accipit alia ratio, quam subdit, nempè quod judex exigens ad Instantiam partis, videatur potius pars exigere, quam ipse; cum seclusa ordinatione legis pars non possit communicare judici facultatem exigendi juramentum à moraliter peieraturo, quam ipsa ut persona merè privata ex iisdem *August. & Angelico* non haberet; sequitur totam molem hujus distinctionis fundari in lege non scripta, cùm nulla scripta, ut visum est inveniatur prò Juramento casus nostri, adeoque consuetudine adempta observandos esse hos canones, & obligare etiam Judices, cum ipsa ablata, cesset ordo Juris, qui illos ex D. Thoma solùm excusat.

Qui etiàm ex Angelico locum haberent ad obligandum Iudicem, consuetudine adempta.

Non obstante quod hic dicitur in contrarium.

44. Nec valet replicatio, quæ datur ab alio ex DD. ex adversò scribentibus, quod scilicet cum D. Thomas loquatur de delatione Juramenti à judice facienda indistinctè, & ideò de eadem, tùm in causis civilibus tùm Criminalibus non bene ejus mentem perceperit, qui dicit fundasse distinctionem in sola consuetudine, cum plures leges, & Canones inveniantur, qui prò causis civilibus Juramentum statuunt, quos observandos vult à judice etiam ubi illud referens, sit moraliter pieraturus.

Respon-

Digitized by Google

45. Respondetur enim, quoad causas civiles fundasse intellectum prædictorum Canonum in lege scripta, quoad Criminales autem, (de quibus solùm loquti sumus, cum deipsis tantum sit nostra quæstio) non potuisse fundare, nisi in non scripta; ordo enim juris, quem vult excusare Judicem, indifferenter ex se constituitur per legem, & per consuetudinem, quæ in hanc transierit, & de facto in casu nostro, hanc faciunt in Causis civilibus leges & canones, in Criminalibus, vero sola consuetudo, ut ostensum est: quod autem si lex in civilibus permittit judici deferre Juramentum pejeraturo, debeat etiam dici, hoc non abhorruisse in Criminalibus, & ideo sit deferendum; non benè infertur, valde enim dispar est ratio, nam in Civilibus cum non constet, quod major pars soleat peierare, & non constando præsumendum sit veritatem dicere ad exclusionem Criminis, *ad Text. in l. merito ff. pro socio l. cum Pater §. rogo de leg. 2. & l. omnimmodo in princip. C. de inoff. test.* & ita Juramentum valde conducere ad obtinendum finem Judicii, quæ est recta justitiæ administratio, optimè condi poterat lex de illo deferendo, licèt credi posset unum, vel alterum pejeraturum, qua deindè existente, certum est non posse Judicem abstinere, quia, & si hic, & nunc malum parere debeat cum tamen finis legis universaliter non cesset, non de finit obligare, etiam in casibus, ubi particulariter cessat; in Criminalibus autem cum major pars reorum, imò ferè omnes, sint moraliter pejeraturi, non debuerunt, & de facto noluerunt canones obligare Judicem ad deferendum Juramentum, nec in casibus particularibus; quia viderunt; quod ex malitia hominum, citò cessaturus erat finis universaliter obligationis quam imponerent, quinimmò de facto illud prohibent, ut *in d. cap. Clericos*.

Quia cum Angelicus se fundet in ordine Iuris; sola consuetudo Iuramenti, non lex, in Criminalibus illum constituit.

Assignatur autèm ratio cur lex præceperit jurari in Civilibus, non verò in Criminalibus.

46. Ad hunc autē non valet responsio ejusdem adversarii quod ibi non prohibeatur Juramentum de veritate dicenda legibus cautum, sed solum de abstinendo à concubinis, quod nulla lege sancitur; quia prætérquàm quòd probatum sit, nostrum Juramentum nulla lege scripta approbari, & approbatio consuetudinis non possit adduci prò ratione disparitatis, quia est in quæst. utrum hęc bona sit, & auctoritate hujus canonis intendimus probare

Refutatur responsio, quæ ex adversò datur cap. Clerius.

bare malam; nihil deindè obstat quod in casu *cap. Cleriei* non agatur de Jutamento veritatis dicendæ, nàm ratio prohibitionis quæ est attendenda, militat etiam contra Juramenlum casus nostri, dicitur enim ibi, *ne in eamdem fornicationem instinctu diabolicę Fraudis redeuntes periurij reatum incurrant* quod ostendit consuetudinē Juramenti in similibus circumstantijs periurij moraliter sequturi, ubicumque deferatur esse contra mentem Pontificis, cum ponat homines in eodem periculo sacrilegij, quem Pontifex damnat.

Quià in casu nostrò plura suppetunt remedia ad finem obtinendū, quæ ac in Casu textus.

47. Minus obstat replicatio D. Advocati nempè quod ratio dicti Capituli militat prò casibus, ubi alia suppetunt remedia, ut in illo textus, non autem ubi non suppetunt ut in nostro; dictūm est enim in discursu, plura etiam hic suppetere, quæ ibi videre est §. *responsio quæ*, & infrà *sect. 2. bujus responsionis* §. *illud autem* & §. *adde quod* & §. *Nec potest retorqueri* per quod etiam respondetur in hoc ultimo auctoritati Barbosæ adducti.

Juramentum purgatiuum prohibetur vilibus, & Criminosis ad obuiandum etiam peccatis periurii.

48. Quoad Juramentum purgatiuum, credendum non est canones præcisè illud prohibuisse, ne captaretur absolutio per periurium. Sed copulativè etiam ad obviandum peccatis ipsis perjurij, alias cum non eo ipso, quod se purgantes jurassent absolverentur, sed requireretur Juramentum etiam duodecim compurgatorum *cap. 1. de purg. canon. & cap. quoties tit. eodem* suffecisset adhoc, ut reus non posset captare ab solutionem per abusum Sacramenti, quod dicti compurgatores non pejerarent, nec opus fuisset ultrà ingenuitatem compurgatorum requisitam à legislatoribus *d. cap. 1. & cap. quoties* quod etiā admittit d. advocatus fiscalis *in* §. *similiter purgatio n.* 13. velle etiam illam ipsius rei; quo tamen non obstante, cum expresse arcere volverint à Juramento purgativo viles, & Criminosos, signum est voluisse alquid ultrà remedium indebitæ adsolutionis, quod esse non potest, nisi deviatio peccati.

Et adducitur ratio.

Doctores etiam nobis faventes, innumeri dici possunt comparativè.

49. Plures esse Doctores, & ex modo loquendi infinitos si comparentur ad numerum contradictorum, quorum vix unum potuimus reperire; nec gratis asseritur, nec contrarium patet ut prætendit D. Advocatus *in* §. *quod autem num.* 84. ex præallatis ab ipso auctoribus;

mul-

multos enim DD. nobis fauentes ultrà congestos in discursu, recensuimus suprà §. *quod autem dicitur plures*: Nec auctores exadeverso allegati nobis ullo modo adversantur, nemo enim ex illis approbat continuari à Principe permissionem hujus praxis, quod nostri præcisè improbant, sed solùm asserunt esse sequendam à judice quod nemo ex nostris inficiatur, ut ostendimus infrà *sect.* 2. §. *descendit auctor usque ad* §. *obligationem*.

Nemo enim ex in contrarium allatis, dicit hanc praxim continuandam à Principe.

50. Nec sufficit ad comprobandam bonitatem consuetudinis, quod Princeps non obstante clamore Doctorum, & abrogatione ejus sequta in aliquibus ditionibus adhuc constanter continuari permiserit, quia cum res nunquam fuerit Romæ discussa, nec examinari necessarium fuerit, cũ auctoritas DD. reprobantium, & abrogatio Principũ prevalere non posset auctori legis illã præcipientis, in hujus fide Pontifices, quiescere poterant in continuanda consuetudine, sine ulla imputabili nota negligentiæ & incuriæ.

Nec relevat, quod Princeps non obstãte clamore nostrorũ praxim cõtinuari permiserit.

51. Exindeque corruit objectum scandali, & diminuendæ existimationis Tribunalium Ecclesisticorum, nec non replicatio, qua nititur auctor in §. *At longe* excludere nostram responsionem; quia licet Tribunalia Ecclesiastica non ignorarent, (ut asserit) abusus Juramenti ex quo dicimus illius malitiam resultare; malitia tamen ipsa, re non discussa, non illis clarè constabat; In fide enim consuetudinis legem inducentis credere prudenter poterant id, quod nunc, re maturè perpensa, asserunt Adversarij, nempè praxim Jurandi non esse malam, non obstantibus tot periurijs; & ideò mirum non est, quod non insinuaverint Principi esse abolendam, & quod Inno. XI. non inscius abrogationis Florentiæ sequte, rem examinari non curaverit, quia nimirùm sciens hanc paxim antiquissimam, & ferè universalẽ transiisse in legem, præsumere prudenter poterat sinè ulteriori examine pro illius bonitate, & ità ejus approbatio, sicut aliorum tribunalium diximus negativam, non quod non se prebuerit occasio illam examinandi, si voluissent, (quod nos non asservimus, ut prætendit auctor,) sed quod etiamsi potuisset data occasione examinari, hoc tamen quia opus non erat, factum non fuit.

Et multominus quod obycitur ad roborandum objectum scandali.

Proptèr rationes, quæ afferuntur.

52. Disparitas, quæ affertur de milite, quem diximus redargui non

Digitized by Google

non posse, si discussis meritis justitiæ belli, bellum improbet à se in fide Principis jam susceptum; non videtur afficere, quia dato etiam quod miles audivisset improbantes bellum, immò aliquos hac de causâ ab illo abstinentes, si tamen injustitia belli illi apertè non ~~constitisset~~ constaret, non imprudentèr se gessisset bellum aggrediendo, nec argui posset ullo modo, licet posteà detegeretur injustum quod ejus justitia non examinata sequtus fuerit fidem sui Principis, qui præsumendus est semper benè agere, nisi constet apertè contrarium.

Vindicatur paritas militis in nostro discussu adducta ad removendum dictum objectum scandali.

53. Dilemma à nobis propositum facile solui posse ait *in eodem §. At longe*, concedendo primam partem scilicet esse ex nunc permissibilem delationem Juramenti, & negando secundam quod ejus continuatio permitti non possit, ex qua tamen prima parte admissâ infert, non esse abolendam hanc praxim; quià cum motiva abrogationem suadentia non excedant per nos fines probabilitatis, sola probabilitas majoris boni non sufficit prò abroganda consuetudine antiquissima & ferè universali.

Confutari pretenditur dilemma ad hunc eumdem finem à nobis adductum.

54. Verùm differedo paululùm responsionem illationi auctoris (quæ est aliena à proposito objeti scandali, quem confutandum assumpsimus, & cui tamèn mox conabimur satisfacere), prosequitur sic urgere nostrum Dilemma; est, ex concessis, permissibilis continuatio delationis Juramenti. Ergo nihil deperit existimationi Tribunalium, si hæc delatio tollatur; consequentia patet, quià non potest quis redargui quod permiserit aliquid, quod etiam ex nunc permitti potest, quamvis dignis aliis de causis tollatur, quarè nulla nota injuri potest Tribunalibus per hujus consuetudinis abrogationem, nec detrahitur quidquã eorum existimationi cum fecerint id quod poterant, & quod etiam nunc facere possent;

Sed ex responsione recurrit validiùs.

55. Consequentiæ nunc D. Advocati facilè respondetur illam absolutè negando, una cum ejus probatione quià licèt admiserimus malitiam nostræ praxis non transire fines probabilitatis cum admittat discursum, nec sit omninò evidens, & demonstratione Mathematica ineluctabilis; dicimus tamen, hanc malitiam esse in seipsa non solùm infinitè probabilem, sed tantis numeris probabiliorem respectu bonitatis, ut ipsius bonitas remaneat, nihil,

Nec subsistit consequentia quæ deducitur.

Digitized by Google

hil, vel parum probabilis; quo casu semper prudentèr agit, qui innixus tali summæ probabilitati operatur, nec requiritur ad tollendas vel constituendas leges vel consuetudines, vel ad quecumque alia maxima opera perpetranda quod sit omninò evidens bonitas, vel malitia, alias cum in humanis, ut plurimum desit evidentia, Deus enim mundum tradidit disputationi eorum ut dicitur *Ecclesiast. cap.* 3. nihil unquam, vel ferè nihil prudentèr decerneretur; Quod non solum est contra rectam rationem, sed esset quodammodò contrà mentem Summi Pont. Alexandri Octavi qui damnando intèr cæteras, propositionem illam *non licet sequi opinionem, vel intèr probabiles probabilissimam* expresse firmavit, non semper requiri evidentiam ad operandum, sed sufficere etiam maximam probabilitatem.

Quia ad prudenter operandum sufficit maxima probabilitas, nec requiritur certitudo per Evidentiam.

Vt firmavit Sum. Pont. Alex. VIII.

56. Concessa *in eodem* §. per auctorem prima parte dilematis, & negata secunda, quod nostra praxis permitti non possit, dicit opus non esse respondere exemplis per nos allatis, m alarum consuetudinum non obstante prætenso scandalo abrogatarum ob claram disparitatem, quod in casu nostro potest permitti consuetudo, cum non sit mala, in casibus verò exemplorum non poterat, nec habendus erat respectus ad scandalum sequturum, quia supponitur abusiva, & perniciosa.

Datur ex aduersò disparitas exemplorum, & casus nostri, quod illorum consuetudo mala fuerit, nostra verò nequaquam.

57. Sed recurrit doctrina dilemmatis, quia si Juramentum supponitur permissibile jam corruit objectum scandali, nàm Tribunalia redargui non possunt, quod permiserint, quod est etiam ex nunc permissibile, & hoc casu opus non est paritate exemplorum, quia conceditur nobis aliundè, quod probare intendebamus exemplis, nempè insubsistentiam objecti scandali, si autem supponatur permitti non posse, militant profectò exempla, quià æquè in casibus exemplorum, ac in nostro admittitur malitia eradicanda.

Sed respondetur eadē doctrina nostri adducti dilēmatis.

58. Nec obstat quod ab alio obicitur, quod nostra consuetudo non sit intrinsecè mala; purgatio autem vulgaris habeat malitiam intrinsecam, & paritèr matrimonium Clandestinum sit ab intrinseco periculosum, semperque illicitum etiàm antè Concilium Tridentinum, adeoque fuisse ultimam necessariò abrogandam, secus verò Consuetudinem Juramenti cujus permissionem nec

Et vindicantur ab aliis obiectis paritates purgationum vulgarium & Matrimonij Clandestini.

etiàm comparari posse, (ut nos facimus) cum permissione ditationis nepotum Pontificum, quià cum consuetudo illa semper malè insonuerit, nec unquam fuerit obligatoria, potuerunt Pontifices illam relinquere conscientiæ successorum, immò aliqui abrogare non potuissent, quin illis fuisset dictum *Medice cura te ipsum*, econtrà cum Juramentum de verirate dicenda non sempèr malè insonuerit, & ejus consuetudo obliget, permitti non poterat, si fuisset mala.

59. Non obstat inquam, quià preterquam quod non deest intèr exempla allata casus precisus, & incontrovertibilis hujusmodi pretensi scandali, (si scandalum dici potest) sine ulla necessitate inducti; Apostolus enim reprehendit aperte Summum Pontificem Petrum, non quia necessaria esset ejus reprehensio (nam quidquid sit utrum vere peccaverit Petrus an non peccaverit; certum est peccatum illius ad summum fuisse levissimum, quia non erat contra præceptum non observandi legalia, hoc enim non prohibebatur ad tempus, sed solummodo circa modum illa observandi, adhibendo in hac observantia nimiam diligentiam ne scandalizaret Judeos *S. Thom.* 1. 2. *quæst.* 103. *art.* 4. *ad* 2. & ideò nullo modo adeò fidei præjudiciale ut non posset Paulus non corripere) non quia inquam necessaria esset ejus reprhensio sed juxta *S. Hieron. Epist.* 89. *ad August. aliosque S.S.P.P.* adductos in discursu §. *quod si audienda* ad simplex bene esse discipulorum, ut abstinerent a cibis legalibus videndo Petrum acquiescere reprehensioni; præter hoc inquam non relevat disparitas mali intrinseci & extrinseci; nam per hoc quod aliquid sit extrinsece seu per accidens malum, non desinit esse malum & quandoque etiam plus adversari divinæ gloriæ, quam malum ipsum intrinsecum ut patet in æsu carnium, quod majus malum est, licet extrinsece & per accidens quia prohibitū quam leve mendacium quod est intrinsecè tale & prohibitū quia malum. Quare si intrinsecum purgationum tolli debet non obstante scandalo precisè ad tollendum contemptum Divinæ Majestatis; æque propter eamdem rationem prætenso scandalo non obstante, tolli debebit extrinsecum casus nostri; quia æque impetit, licet per accidens honorem Dei per periuria

Quia non intrinseceitas, vel extrinseceitas malitiæ, sed malitia ipsa debet movere Principem ad tollendam consuetudinē malam.

reo-

reorum, nec etiam ipsum unquam permittendum æque ac intrinsecum; ut eveniant bona, Ex quo sequitur quod si consuetudo delationis juramenti, permitti vere non poterat ut extrinsece & per accidens mala; æque abolenda erat non obstante prætenso scandalo ac purgatio vulgaris, quæ intrinsecam habet malitiam, Si verò nolit supponi neque extrinsece mala; redit superius allata responsio, qnod ex alio capite ibi dicto, cessat omnino scandalum.

60. Et hanc veritatem non deberi Principem moueri ad tollendas consuetudines præcise ob intrinseceitatem ejus malitiæ, sed potius ex malitia ipsa, sive intrinseca sit, sive extrinseca mirè, ostendunt & comprobant verba ipsa Concilii invalidantis matrimonia Clandestina; clare enim exprimit rationem qua motum fuit ad hoc faciendum, non fuisse d. intrinseceitatem malitiæ, quæ semper ad fuit in dd. matrimoniis, sed animadversionem quod propter inobedientiam, illorum prohibitio non prodesset & Dei offensæ multiplicarentur, ibi -- *Cum verò S. Synodus animadverterit prohibitiones illorum, propter hominum inobedientiam jam non prodesse & gravia peccata perpendat, quæ ex eisdem conjugiis (utique quia validis) ortum habent idcircò &c.* Ex tanta igitur Auctoritate colligendum est sufficientissimam validamque rationem esse ad tollendas consuetudines malas, quod jam non prosint, & gravia ex ipsis peccata procedant, quidquid sit utrum hæc peccata veniant per accidens vel per se, vel utrum adsit scandalum aut non adsit, in ipsis eradicandis; hoc enim Patres non attenderunt, sed solummodo necessitatem consulendi publicæ utilitati obuiando peccatis. Vt ostenditur auctoritate Concilii Tridentini.

61. Replicatio quæ datur exemplo ditationis Nepotum Pontificū non magis satisfacit; quia non minus est seduli Pastoris ac Principis, obviare ne scandala perturbare possent Ecclesiam Dei, quam tollere Obligatorias consuetudines, quæ illam perturbant, sicuti providus nauta dici non posset, qui contentus esset solummodò rimas obturare, per quas aqua necessario ingrediente navigium mergeretur, nec curaret benè custodire arcam pulveris pirii, per hoc quod incendium non necessariò, sed solum aliquandò per accidens contingit; si ergò non obstante hac ratione pretensi scandali, quod possent argui Pontifi- Defenditur exemplum adductum Ditationis Nepotum Pontificum.

Digitized by Google

ces antecessores nihil constituentes, Sanctissimus D.N. abolendam adhuc esse consuetudinem ditandi nepotes, summo Consilio judicavit, nec etiàm attendendum erit motivum scandali in casu nostro.

Et oppurtunitas quæstionis à nobis tactæ circà necessitatem Iuram. testium Sociorum,

62. Quæstio de Juramento testium sociorum, quamvis non sit principalitèr illa, de qua nunc agitur, influeret tamèn in hanc nostram, si valeret objectio, quæ audita est ab aliquibus oretenus fieri, si enim Juramentum sociorum supponatur omninò indispensabile, & ex alia parte nullo modo deferendum esset reis, sequeretur non valere eorum depositionem ad inculpandos socios, cum tunc fungantur Officio testis; cui sequelæ absurdæ cùm opus fuerit respondere, necessarium etiam fuit de testibus aliquid tangere; quarè superfluum non fuisset, ut visum est auctori *in §. superfluum* examinare responsiones à nobis traditas, quià cum ex subsistentia ipsarum pendeat evitatio prejudicii, quod infertur rectæ Justitiæ administrationi, percutiunt equidèm statum quæstionis.

Nec non exemplum adductum Iuramenti à Iustiniano ablati.

63. Ex dictis huc usque patet eamdem vim retinere argumenta *nostri §. recolligendo* sicut, & exempla Justiniani tollentis Juramentum de Viduitate servanda, quia si per auctorem intantum mulier vidua non debet adstringi juramento cum periculo, quod pejeret, vel Uratur; quià est da meliori bono; nec in casu nostro debebit adstringi reus Juramento de Veritate dicenda cum periculo, quod illud violet, vel mortem patiatur, cùm æquè fatendum sit à D. Advocato hoc Juramentum esse de meliori bono proptèr prætensam publicam utilitatẽ quæ ex ipso oritur; preferendam cuicumque privatæ; & denique quicquid in contrariũ dicatur, valdè obstaret in circumstantijs in quibus id diximus preceptum *Matth. 5.* quia licet admittamus, quod juxta communem sensum Interpretum non reprobentur ibi omnia Juramenta, sed solum nimia consuetudo jurandi inaniter, & sinè causa; constat tamen quod essemus in hoc casu, *si obstructum non esset os loquentium iniqua*, & cõmuniter pejeraretur, qui est sensus, in qvo id diximus, quia cum cessaret tunc obtenibilitas finis Juramenti, cessaret etiam justa causa Jurandi, & ideò communis explicatio DD. non adversatur nostræ assertioni.

Et applicabilitas textus Euangelici Matthei quinto.

SE-

64. Visa insubsistentia responsionum *art. 5.* discursus D. Advocati, quibus refutare conatus est nostra argumenta remanet jam respondere ejus fundamentis omnibus, & principijs, quæ in reliquo opere continentur; Corruunt autem hæc etiam manifeste.

Aggrediẽdo nunc responsionē fundamẽtis discursus D. Aduocati.

65. Admisso enim, quod dicitur *in §. Antiquissimum num.* 2. quod ad ervendam veritatem jam diù imploratum fuerit in civilibus auxilium Religionis Juramenti concedimus etiam, quod à majoritate rationis proptèr majus interesse, quod habent rei occultandi delicta, adhibendum erat in Criminalibus aliquod medium sua natura efficacius simplici calliditate, & peritia judicis interrogantis; & ideò cum de tempore primitivæ Ecclesiæ inventum fuerit Juramentum ad hunc effectum aptissimum propter eximium pietatis fervorem, qui tunc non sinebat, homines illo abuti, optimè hoc fuisse, non quidem à lege, ut in civilibus, sed à consuetudine sola introductum; quin etiam quod optima fuisset hæc praxis tempore Romanorum, si cum Marco Attilio Regulo, qui affertur à cicerone laudatus, eadem reverentia sperari potuisset in majori parte gentilium; sed quiaproptèr præsentem universalem abusum sacramenti, de quo testantur plures gravissimi & experti DD. supra allati *sect.* 1. §. *quod autem dicitur* euenit omninò ineptum ad suum finem veritatis eliciende deficit *præmissa*, quam ponitauctor, nempè necessitas illud adhibendi in Criminalibus; & potius hæc alia *præmissa* statuenda est, quod omnis controversiæ Criminalis finis ad confirmationem nunc esse non possit; Cum jam nihil autparum valeat inservire; incredibile amplius videri non debebit autori, quod possit inferri hæc legitima consequentia, abolendam esse antiquissimam praxim propter moraliter inevitabile periculum, quod violetur.

Conceditur aliquid efficacius medium requiri ad eruendam veritatem in Criminalibus quam inCivilibus.

Sed negatur tale nunc esse Juramẽtum.

66. Ac proindè inutile est reducere inspectionem, nùm praxis Juramenti roboretur auctoritate vetustatis, vel paulatim irrepserit modernis temporibus ex tolerantia Principum, quia per hoc quod probetur antiquitas hujus praxis, nihil ponderis hæc illi potest conciliare, nisi ostendatur nos

Et ideò eius antiquitas, vel approbatio Sacrarū literarum, non suffragarẽtur prò his temporū circumstantiis.

 modo

modo versari in illis ijsdem circumstantijs abusus impresumibilis, in quibus de illo tempore fuit introducta; pariterque testimonium approbatiuum spiritus sancti in lege divina nobis officere non potest, nisi constet Juramentum approbatum fuisse, etiam de tempore, quod previderetur perjurium moraliter sequuturum, quæ tamen moralis certitudo periurii tunc adfuisse credi non potest, nec debet, quia cum sacræ litteræ hoc non insinuent, præsumenda non est malitia abusus, nisi probetur; nec sufficit quod sciamus in genere populum ebreum fuisse dure cervicis, & quod immitigale ipsi malum erat mors, quia ad præsumendam malitiam aliquam particularem alicujus, non sufficit probare in genere quod malus fuerit, sed debet probari fuisse malum in eodem genere mali *l. si cui §. 1. ff. de accusat Natt. cons. 42. n. 5. & cons. 45. n. 3. lib. 1. & latius cons. 36. n. 7. lib. 1. farin. quæst. 23. num. 3. & seqq.*

Veruntamèn Sacræ litteræ non præcipiunt, aut approbant Iuramentum casus nostri, sed solùm purgatiuũ.

67. Non est tamen per hoc quod concedamus Juramentum casus nostri, illud scilicet de veritate dicenda, quod indistinctè defertur in omnibus causis Criminalibus, cum agitur ad aliquam pænam corporis afflictivam fuisse in sacris paginis præceptum, aut approbatum, quia exempla allata per D. Advocatum *in §. hoc autem num. 4. Exodi 22. n. 7.* & infrà 10. 11. & 12. versantur ex ipsius confessione circa Juramentum purgativum, ut explicant *Iansen & cornel. à lapide* ab ipso allati per illa verba *Purgabit se* quod Juramentum purgativum nihil comune habet cum nostro de veritate dicenda, ut videbimus infra *§. ejusdem*.

Vt Ostenditur de textu Exodi.

68. Præterquam quod hæc exempla, licet involverent Juramentum veritatis dicendæ, non adhuc percuterent casum nostrum; ibi enim non agitur ad penam corporis aflictivam, sed sola pecuniaria constituitur furi invento, dicitur enim *numero 7. si invenitur fur, duplum reddat. & num. 10. & 11. & 12. Iusiurandum erit in medio &c. & ille reddere non cogetur; quod si furto ablatum fuerit, restituet damnum Domino* quibus casibus præsumi non potest, nec experientia constat, quod major pars reorum Juramento abutatur ob tàm leve incommodum evitandum.

Qui licet loqueretur de Iuramento nostro, adhuc non probaret contra nos.

69. Similiter Juramentum quod deferri jubetur *in sacris nu. 5.*

mu-

mulieri insimulate de adulterio à uiro, est quædam species purgativi, ut videtur in fine ꝗ. *banc quoque num.* 5. fateri etiam auctor; licet enim expositores dicant, quod debebat jurare de veritate dicenda; non tamen intelligere eos possumus de juramento casus nostri; cum hoc detur post probationes & inditia acquisita, illud verò, ut dictum est, jubeatur deferri à Deo solùm in defectum probationum, & testium; dicitur enim ibi, *& hoc maritus deprebendere non quiverit, sed latet adulterium & testibus argui non potest*, qui est casus, in quo intrat purgatio. **Textus numerorum loquitur pariter de Iuramento purgativo.**

70. In nihilo obstante quod in Juramento adulteræ sistendum non esset, sed per potionem aquæ maledictæ procedendum ad rigidiorem inquisitionem veritatis; quià hoc simpliciter fieri potuit ad præcavendum, ne mulier fortasse pejerans posset reportare commodum absolutionis à suo periurio, quod fit etiàm in aliis Juramentis purgativis, quibus solis non fiditur, nec possunt prodesse inquisito sine ulteriori cautela compurgatorum; qua tamèn non obstante, cùm non desinant illa esse purgativa, quià dantur in defectu probationum, non est cur in Juramento adulteræ, quod etiàm datur illis deficientibus non possit requiri loco illius cautelæ compurgatorum, hæc alia potionis aquæ, de se non afflictiva, ut tortura, sed merè probativa, ut Juramentum ipsum; & adhuc hoc retinere naturam Purgativi. **Non obstãte quod in illo sistendum non esset.**

71. Sed dato etiàm quod præciperetur in hoc textu Juramentum casus nostri legitimis præcedentibus inditiis deferendum nihil adhuc faceret contra nos ommisso enim, quod nobis sufficeret D. Advocatum probare non posse, quod mulieres illæ tunc tempore solitæ essent ut plurimum pejerare (sine qua probatione Auctoritas Divina nobis officere non potest, qui alias commendantes praxim hujusmodi in se ipsa, non reprobavimus illã nisi in circumstantiis solius abusus), omisso hoc inquam nos positivè probare possumus has circumstantias frequentium perjuriorum facientes totam malitiam Juramenti casus nostri, omninò deficere debuisse in illis mulieribus; cum enim nullum commodum reportare possent à suo periurio & nemo delinquat sinè ulla spe boni, & simplicitèr amore delicti; incredibile est, illas unquàm negare potuisse sacrilegè mentiendo. **Sed quamvis ibi esset sermo de illo veritatis dicendæ adhuc nihil contrà nos. Quia adulteræ quibus loquitur textus pejerare non poterant.**

Quod

Digitized by Google

72. Quod nullum commodum ſperandum illis eſſet à ſuo ſacrilegio eſt manifeſtum; ſi enim verè erant adultere moriendum æquè illis erat fatendo, ac negando, fatendo ſcilicèt morte lapidationis, & negando putrefactionis fœmoris, ut ſubdit idem textus *num. 27.* ibi *quas cum biberit ſi polluta eſt & contempto viro adulterii, rea, pertranſibunt eam aquæ maledictionis, & inflato ventre computreſcet fœmur eritque mulier in maledictionem &c.* Et ait Flau Joſeph *antiqu. cap.* 10. Quare fruſtrà omninò, & innaniter pejeraſſent, quod nullo unquàm modo timeri potuit.

Vt oſtenditur.

73. Ejuſdem noſtræ purgativi eſt etiàm Juramentum à Deo præceptum *Deuteron.* 21. quod affertur in fine hujus ejuſdem §. *Hanc quoque ut*, ibi nec impugnatur. Ab hujuſmodi tamèn Juramentis purgativis præcipiendis abſtinendum non fuiſſet æquè ac à noſtro veritatis dicendæ per illud, quod dicit auctor inſurgere potuiſſe majorem timorem periurii ob majorem facilitatem unico medio purgandæ Infamiæ, & penæ evitandæ; ad hoc enim ut timeri maximè poſſit perjurium in reo, non ſufficit, quod conſideretur in ipſo (ſi verè eſt talis) maxima difficultas fatendi in diſcrimine propriæ vitæ, vel alicujus alterius magnæ penæ afflictivæ deducta ex eo quod nunquam, vel ferè nunquàm contigerit hujuſmodi homines faſſos fuiſſe vì Juramenti ſed ultra hoc indiſpenſabiliter etiàm, & copulativè requiritur quod inquiſitus credatur à Judice *probabiliter* criminoſus, & ita negando delicta pejèraturus; ſinè hoc enim maxima difficultas, quam habet Reus ad factendum, sì verè eſt Reus, non poteſt efficere, ut multum timeri debeat periurium Inquiſiti illius, qui talis præſumi non poteſt, & credendus eſt potius veritatem dicturus negando, quàm peieraturus.

Et de Iuramento purgativo eſt ſermo etiam Detoronomii 21.

Nec valet illatio de purgativo ad noſtrum per hoc quod in illo magis timeri poſſit perjurium.

Negatur enim ad eſſe in illo poſſe hunc timorem.

74. Hoc autèm ultimum reqiſitum non concurrit, ut plurimum in Juramentis purgativis, quia cum ut plurimum dari jubeantur in caſibus ubinon adſunt Accuſatores probationes, & teſtes, ſed ſolummodò precedit infamia, ad quam purgandam, & tollendum ſcandalum, tribuitur, ut videre eſt reſpectivè *in cap.* 2. 3. 5. 6. 8. 14. 15. *de purgatione Canonica, & notat Gonzalez Tellez. in commen. ad hunc titulum;* Inquiſitus non adhuc amiſit præſumptio-

Quia purgativum datur ut plurimum ex ſola diffamatione non præcedentibus probationibus.

Digitized by Google

ptionem Innocentiæ, cum nemo præsumatur malus nisi probetur, & ideò credi debet à Judice potius Innocens; nam in dubio juxtà notam regulam quilibet reputandus est bonus; quarè timor, & periculum periurii non est in Juramentis purgativis ut plurimum, nisi *exiguum*, & remotum, & ideò ex hoc capite non æquè curandum ac in Juramento de veritate dicenda casus nostri, ubi est maximum, & summè proximum, ex eo, quod dandum sit sempèr legitimis præcedentibus inditiis; & ideò in circumstantiis, in quibus Inquisitus Amissit in mente Judicis indiferentiam ad bonitatem, & malitiam, & valdè probabilius creditur Reus.

75. In casibus verò rarissimis, in quibus dari etiàm potest non indefectum omnis probationis, sed in supplementum plenæ, post testes examinatos, & indicia acquisita, juxtà terminos *cap. intèr* (quod solum in toto titulo de purgatione canonica jubet purgationem indici in his circumstantiis ceteris omnibus illā præcipientibus quando adest sola diffamatio, & deficiunt probationes), nec etiam aliis de causis timeri æquèdebet periuriū, ac in casunostro, tùm scilicet quià deficit in Juramentis purgativis potissimum argumentum ex quo deducimus, perjuria moraliter sequutura in nostris de veritate dicenda, intantum enim nos dicimus, Reum moraliter perieraturum, inquantum nobis constat experientia hujusmodi iurantes de veritate nunquam vel ferè nunquam abstinuisse a periurio, experientia autem non liquet majorem partem purgatorum defecisse in sua purgatione, & non deficientes constare non potest fuisse periuros, cum ultra Juramentum in illo casu non deveniatur ad aliud experimentum rigidius, quod id ostendere possit ut accidit in casu *Nostro*, ubi confessio sæpè emanans in tortura detegit periurium præcedens. Et ubi hæ non deficiunt experientia non cōstat majorem partē reorum peierare.

76. Tùm quià jubentur purgari nō omnes indistinctè viles, & criminosi, qui expressè arcentur *juxta cap. 1. hujus tituli*, & alios in discursu citatos, sed solūmodò *Nobiles Personæ*, & ut plurimū in dignitate Ecclesiastica constitutę, ut videre est in toto hoc titulo, in quibus profectò tùm ratione qualitatis, tū ratione minoris penę de qua agitur (non enim imponitur his deficiētibus in purgatione pęna sanguinis ratione characteris, quo insigniuntur, sed longè minor vide- Præterquam quod arcentur à purgativo viles, & criminosi.

licèt

Digitized by Google

licèt excomunicationis, remotionis ab officio, detrusionis in Monasterium,& similia juxtà *cap. cum P.*,& *cap. intèr*, vbi etiam agitur de crimine hæresis in simplici decano; & quod deficientibus non imponatur nisi pæna extraordinaria, àit *Lessius de Justitia lib. 2. cap. 29. dub. 17. num. 169. §. 2.* in quibus inquam non potest æquè timeri periurium ac in nostris terminis, ubi tribuitur Juramentum nulla facta distinctione personarum ipsum recipientium & agitur frequentèr ad pænam mortis.

Et regulariter purgatis non imponitur pæna sanguinis, sed longè minor,

77. Sed esto quod æquè timendum esset, adhuc est maxima disparitas utriusque casus, ita quod Juramentum purgativum fuerit bene præceptum, nostrum verò amplius permitti non debeat; probavimus enim in discursu scandalum passivum permitti solummodò posse si adsit rationabilis causa, non ubi deficiat quæcumque utilitas privata, & publica, & moralis obtenibilitas finis, ad quem præstatur; in casu autem Juramenti purgativi nunquàm deficit (quocumque modo res eveniat) aliqua utilitas, nec finis desinit obtineri, quià aut purgandus fatetur se deliquisse, & per ejus punitionem optimè consulitur publicæ utilitati, quatenùs exemplo illius pænæ impediuntur, vel saltèm diminuuntur in Populo futura Delicta, qui finis punitionis intenditur quatenus conducit ad primarium tollendi scandali, injungunt enim expressè Canones irrogari pænas deficientibus in purgatione, *dicto cap. intèr*, & *alii bujus tituli*; aut pejerando complet purgandus suam purgationem, & non deest hic etiam maximum beneficium, cum enim publicetur, & credatur Innocens, qui se purgavit *juxta cap. extuarum* tollitur scandalum, quod parit in populo crimen occultum, de quo purgandus diffamatur, qui est finis principaliter à Legislatoribus intentus in purgationibus, ita quod ex nulla alia ferè causa tribuatur hujusmodi juramentum, & ubi scandalum non adest talis purgatio indicenda non sit; ut ex *totò boc titulo*, & *ex cap. Præsbiter*, & *cap. Sacramentum 2. quæst. 4.* colligit *Gonzal. in comment. ad bunc titulum sub num. 8. in fine*; Maximè enim scandalum, & rumor alieni delicti viam aperit facilè delinquendi, & illud præsertìm scandalum quod oritur ex diffamatione Ecclesiasticorum, qui sunt illi qui ut plurimum purgari jubentur, eorum enim exempla multum operantur in populo. In

Sed admisso etiam equali timore periurii, adhuc est dispar ratio utriusque casus.

Ex purgatiuo enim etiam datis periuriis resultat aliqua utilitas publica.

Digitized by Google

78. In casu verò Juramenti de veritate dicenda cum jurans non ideò credatur aut publicetur Innocens, quià juraverit non deliquisse, nec tollatur scandalum; finis hujusmodi Juramenti, non potest obtineri, nisi in ingenua Rei confessione, cum ejus periurium nullo modo possit esse Reipublicæ utile; quam detectionem veritatis cum ostenderimus pluribi esse moraliter inconsequibilem, nulla in ipso remanet consideranda utilitas, & ideò justa causa per quam possit excusari à scandalo, quod ex ipso oritur quamvis passivo.

Secus ex nostris.

79. Accedit quod valdè expedit Reipublicæ ut non desit via Innocentibus, & præcipuè ecclesiasticis propter dictam rationem tollendi scandali in populo patefaciendi suam Innocentiam; deficientibus igitur ut accidit ut plurimum suficientibus probationibus ad reportandam absolutoriam ex hoc capite Innocentiæ; debuit esse alia via hoc idem præstandi, quarè Juramentum purgativum, quod hoc præstat, ita etiam ex hoc capite est Reipublicæ utile, ut dici non possit deficere in ipso justam causam permittendi periuria, etiamsi sequerentur, sicuti deficit in Juramento veritatis dicendæ.

Et expedit, quod non deficiat via Innocentibus ostẽdendi Innocentiã.

80. Minus urget exemplum Achan, quod legitur *cap. 7. Josue*, quia illa verba *da Gloriam Deo* quidquid dicat *Gonzalez allatus in §. non deest num.* 6. sed reprobatus in hoc à Domino meo *Canonico Rainaldo part. 3. cap. 34. §. 12. num.* 28. non important delationem Juramenti de veritate dicenda, nec expositores ab auctore allegati *in §. Quodque num.* 7. nec alii hoc asserunt sed solum dicunt fuisse formulam adjurationis, qua solebant rei solemni ritu de veritate interrogari; *Rainald. loc. cit. P. Jo: la baye in bibl. max. Tirinus, Abulensis*, & alii, qui in hunc locum *Josue vers.* 19. parum diversis verbis resoluunt dictum illud in munitionem reo quod non mentiatur, non quidem exagerando malitiam perjurii, sed solummodò proponendo illi honorem veracitatis, quem præstabit confitendo delictum Divinæ, & eternæ veritati, quatenùs ostendet omnibus verum esse, & justificatum in semetipsum judicium Dei, quo prodidit ejus peccatum, ipsum unum designando per sortem intèr tot miriades; Nec aliud sonant verba allata per D. Advocatum *Cornelii à lapide*, *& me-*

Textus Iosue non officit quia achan delatum non fuit Iuramentum.

Sed solum fuit adiuratus, ut tradunt expositores.

Digitized by Google

& menochii pariter ibi citati; ut percurenti illico patet.

Adjuratio verò regulariter non importat delationem Juramenti veritatis dicendæ.

81. Per hanc autèm formulam adjurationis non potuisse interpretes hic velle intelligere delationem juramenti de veritate dicenda patet ex natnra ejusdem termini adjurationis, qui regularitèr significat jurare cum vehementia; vel obtestare aut imprecare; ut cum demones e corporibus eiciuntur *Calepin Verb adjuro ex Terentio & Lactantio ibi citatis, Suarez tom. 2. de Relig. lib. 4. de adjuratione cap. 1. Tertul. in appolleg. cap. 32.*; & ita per hoc quod adjuratus fuit à Christo Domino, Cecus, quem illuminaverat *Jo: 9.* non intelligitur præstitum illi fuisse Juramentum dicendæ veritatis, ut observat *D. Rainald. ubi suprà*, & similiter delatum non fuit Populo, quem tamèn dicitur Saul adjurasse *primo Regum* 14. ut colligitur ex eodem *Soarez ubi supra in fine*, & tradit *Lorin in lib. numerorum 5.* ubi explicat adjurationem illam Populi prò jussu sub maledictione.

Et ad summum adhoc extenditdr si constet de consensu adjurati.

82. Et licet aliquando fiat extensio hujus verbi adjurationis ad significandam delationem Juramenti; hoc tamèn rarissimè contingit, immò nec potest fieri, nisi ad summum in casibus in quibus hæc expresè colligitur ab explicita, vel implicita promissione, aut assensu adjurati, ut ait idem *Suarez loco citato*, qui ideò solum inducitur addicendum verisimile esse adjurationem mulieris adulteræ de qua in sacris numeris 5. fuisse delationem Juramenti quatenus cogebatur ipsa respondere *Amen Amen*, quod est assentiri, & concordat *D. Lorin, & Tostat. in hunc scripturæ locum adduct.* per D. Advocatum *in suo §. hanc quoque art.* 1. dicens quod mulier tenebatur hoc respondere ad istas maledictiones, *sicut qui jurat de veritate dicenda*, quod ostendit, quod hoc modo jurantes debeant aliquo modo præbere consensum.

Nec dictum est gratis ly *ad summum*.

83. Dixi etiam ad summum, quià nec etiam semper assensus, & promissio sequens adjurationi valet arguere delationem Juramenti, quià licet Joseph *Genes.* 47. adjuratus à Jacob promiserit se facturum id, de quo adjurabatur adhuc certum est per hoc non jurasse cum posteà addiderit Jacob, *jura ergo mihi*, ut advertit idem *Suarez ubi suprà*.

84. A fortiori igitur non poterit sic intelligi adjuratio casus nostri, cui non constat testimonio scripturæ vel DD.

expli-

Digitized by Google

explicantium, ullum consensum, vel promissionem subsequutam fuisse adjurati, & que immo nec adjuratio nuncupatur à textu, sed solùm sic exponentes interpretantur.

85. Ex his corruit illatio auctoris à fortiori, quam amplificat *in §. exquibus* ex eo, quod si Deus, qui est prima Charitas non abstinet à præcipiendo Juramento ob periurii timorem, quantominus id facere debebunt homines, quibus Divino exemplo fretis imputari nunquam poterit malitia pejerantium. Non valet illatio ab eo quod facit prima Charitas.

86. Deus enim, ut dictum est, nullibi præcepit Juramentum de veritate dicenda, sed solum alicubi purgativum, & ideò si lex humana sequi velit ejus exemplum, non debet permittere nisi illud, sicuti de facto non vetat. Quia cum Deus solum præceperit Iuramentum purgativum hoc non arguit illum non valde curare periuria.

87. Per hoc autèm quod præceptum fuerit à Deo hujusmodi purgativum non evincitur ipsum non valdè curasse timorem perjurii, eo quod ageretur de veritate detegenda, sed immò potius non timuisse perjuria, ex quo viderit illa ut plurimum non sequtura, alias summa prudentia, quæ in ipso est, inveniri non posset in tradendis, & ordinandis mediis, quæ ipse cognonisset inepta, & non satis accommodata ad manifestandam Innocentiam inquisitorum, nisi per deceptionem, quale fuisset Juramentum, si purgandi ut plurimum pejerassent.

88. Sed quatenùs per hoc etiam evinceretur Deum non valdè curare timorem perjuriorum, hoc solum deindè esset ut diximus prò circumstantiis, in quibus adest prudens, & rationabilis finis, & hic obtenibilis deferendi Juramentum ut est in purgativis, quorum justus finis tollendi scandali delicti in publicam utilitatem sempèr, ut suprà vidimus, aliquo modo obtinetur, sivè purgandus pejeret, sivè fateatur; primo casu per manifestationem ejus Innocentiæ, secundò per punitionem; non verò prò casibus ubi hic rationabilis finis est moraliter inobtenibilis ut in Juramento de veritate dicenda, cujus medio nunquam ut millies diximus, vel ferè nunquam veritas, & punitio criminum, quæ est ejus finis, accidit obtineri. Et quatenus argueret, hoc esset solùm pro circũstantiis ubi adest iustis finis eorum permissionis.

89. Ex his patet ratio cur non possint Deo, & humanæ legi præcipienti Juramenta purgativa imputari perjuria pejerantium, possint autem aliquo modo imputari (seclu- Quæ est ratio cur periuria deficientiũ in purgatione, non possint Deo aut legi humanæ imputari.

ſa auctoritate conſuetudinis qua non diſcuſſa excuſantur) principibus ſacrilegia jurantium de veritate dicenda, quia ſcilicèt non deeſt rationabilis, & conſequibilis finis inſtitutionis Juramenti purgativi, deeſt autem juſta cauſa permiſſionis illius caſus noſtri, cum ejus finis moraliter obtineri non poſſit.

Præterea ex alio etiam capite non ualet argumentum ab exemplo Diuino; quia ſequeretur abſurdum.

90. Sed his omnibus omiſſis non crederem ità facilè fieri poſſe argumentum à fortiori ab eo, quod facit prima charitas circa homines ad id quod facere ipſi debet erga ſe ipſos, probarentur enim hac ratiocinatione plurima abſurda, ut v g. quod quis non teneretur impedire occiſionem proximi ſi poſſet cùm minimo vel nullo eius incommodo, quod quis non teneretur corripere inferiorem peccantem, cum facile poſſit, ſic enim pari modo valeret argui; Deus, qui eſt prima Charitas vidit Abel ad occiſionem ductum à fratre, & tamen cum ſimplici actu voluntatis impedire id potuerit, non fecit; *ergo* qui videt fratrem in ſimili periculo non tenetur impedire eius necem, etiàmſi id poſſit ſinè ullo incommodo; Deus, qui eſt prima Charitas videt peccatorem obſtinatum in malo, & cùm nihil faciliùs illi ſit, quàm aliqua mentis illuſtratione avertere illum ab iniquitate, hoc tamen quandoque non facit, ſed immò illum indurat, ut legimus de Faraone, *ergo* nos etiam eius exemplo non tenemur corripere, & proximum conari avertere à malo, etiamſi facili negotio hoc fieri poſſit; Unde argumentum huiusmodi ex hoc capite eſt valde periculoſum.

Hæbreos fuiſſe duræ ceruicis non auget timorem periurii in eorum iuramentis purgatiuis.

91. Ad id, quod additur *in hoc* § Populum Hæbraicum fuiſſe duræ cervicis, abundè reſponſum fuit ſuprà § *ac proinde* & ſolum hic addi poteſt, quod illius pervicacia non fuit in contemnendo, & non colendo Deo, ſed ſolùm in colendo Deos ſalſos, immò adeo fuit Diuini cultus ſuperſtitioſè tenax, ut mallet Deum æneum adorare quàm neminem colere & ità de ipſo timeri non potuit, quod deficere in cultu Dei illius, quem hic, & nunc adorabat, ſed ſolùm deficeret in cognitione, & electione Veri Numinis, & de facto innumeræ Idololatriæ leguntur, in veteri teſtamento, perjuria autem non frequenter inveniuntur.

92. § *nec propterea num.* 9. Non indiget reſponſione quia oſten-

ſtendimus non ſubſiſtere quod ibi dicitur *Joſue* detuliſſe Juramentum *Acban*, ſed quàmuis etiam detuliſſet, non per hoc eſſet eius exemplum, ut prætenditur, indiſpenſabiliter obſeruandum, quia ſi etiam quandòque accidit, ut ipſa præcepta Diuina ex mutatis Circũſtantiis non ſint ſequenda, ut videre eſt in exẽplo ſuperius adducto furioſi cui ex nova Circũſt: ſuperuenientis furoris reſtituendus non eſt enſis à depoſitario non obſtante Diuino præcepto jubente reſtitutionem quanto magis ſimplex factum hominis à Deo minimè juſſum; Nec multum facit quod exempla *Joſue* ſint imitanda eo quia ut ait *Cornel. à Lap.* per auctorem allatus, datus ſit à Deo in exemplar optimi Principis; nam licet hoc in genere verum ſit, non tamen neceſſario infertur eſſe ſequendum in omnibus indiſpenſabiliter, & adamuſſim, etiam ubi ratio ob mutatas circumſtantias aliud ſuadet, alias deberent omnes Rei illa eadem interrogatione *Acban*, quæ à DD. dicitur concuſſiua *Raynal. dicta Par.* 3. *cap.* 34. §. 12. *n.* 28. interrogari; nec poſſent circui per interrogatoria generalia, & apparenter aliena à delicto ad illos implicandos in mendaciis, ſed deberet ex abruto, & immediatè ab illis queri confeſſio criminum, quia *Joſue* ita fecit.

Nullus autem timor adeſſe potuit in caſu Achan, quia non iurauit.

Sed etſi iuraſſet, non ideò imitandum illud exemplum.

93. Sequens §. *in primitiua numero* 10 nobis non aduerſatur ibi enim non affertur approbatio Juramenti de Veritate dicenda facta à Concilio efeſino, ſed ſolùm eius uſus, quem jam conceſſimus antiquiſſimum, quod immò nobis fauet, quia ex hoc clarè conſtat Juramentum eſſe introductum de tempore, quo ob maximum fideliũm feruorem timenda non erant frequentia Sacrilegia.

Concilium Efeſinum non approbat iuramentum reorum.

94. Ad Canones, qui adducuntur in comprobationem huius Juramenti *in* §. §. *Sacri quoque & delatio num.* 11. & 12. reſponſio habetur ſuprà ſect. 1. §. legem vero ad quem me remitto.

95. Purgatio autem Canonica, de qua in toto eius titulo, qui nobis iterum objicitur *in* §. *ſimiliter n.* 13. pro nobis ut diximus adduci valet; quia illis temporibus ex ſpeciali Diuinæ Gratiæ auxilio fideles ut plurimum non pejerabant etſi ageretur de morte, cuius naturalis timor licet prima facie videatur equè ſemper adeſſe debuiſſe, ut ait D. Advocatus, fieri fortaſſe etiam naturaliter poteſt,

Titulus de purgatione Canonica nobis non aduerſatur quia fideles ut plurimum non peierabant.

 (præ-

Digitized by Google

Et ideò non aderat, nisi exiguus timor periurii, prescindendo etiã à gratia Dei.

(præscindendo nunc à Gratia Dei, quæ illum diminuisse tunc tempore non est dubium) quod aliquando magis, aliquando minus urgeat juxta majorem, vel minorem cognitionem, & reflexionem, aliasque varietates, quæ accidunt diuersis temporibus in hominum temperamentis; sicuti tortura videtur, & ipsa semper equè timeri debuisse, & producere suum effectum, quia semper equaliter cruciat, & tamen uidemus adeò plures nostris temporibus illam substinere præsuccumbentibus ut non mereatur amplius dici regina sed ancilla potiùs tormentorum.

Hoc iuramentũ requisitum compurgatorum arguere potest ipsius timorem, nisi tantum leuem & remotum.

96. Ad id autem quod dicitur facile colligi posse timorem perjurii, etiam in Juramentis purgatiuis ex eo quod non stetur soli Juramento purgati, sed requirantur etiam illa compurgatorum; iterùm respodetur nos non negare adesse potuisse in legislatoribus timorem illum levissimum & ut plurimum mere negativum qui oritur non ex probabilitate, uel experientia perjuriorum secutorum sed ex sola facilitate eorumdem, sufficit enim nobis, quod non adfuerit timor ille maximus perjurii quod præuidetur experientia teste in casu nostro moraliter inevitabile, propter illum autem, non propter hunc requisiverunt testimonium compurgatorum; quia ad obtinendum, quod purgatio Canonica verè purgaret in existinatione hominum diffamatos, & semel purgati haberentur vere Innocentes debuit omnino obuiari huic etiam facilitati captandæ absolutionis per Sacrilegium, quæ poterat relinquere in aliquo dubio, licet levi Innocentiæ purgatorum; quòd vere timor proximus perjurii adesse non possit in purgativis æque ac in nostris de Veritate dicenda nihil meliùs demonstrat ultra predicta quam quod tactum etiam fuit suprà nempè quod hæc purgativa prohibentur dari vilibus personis, & criminosis propter hanc eandem considerationem euitandi periculi perjurii, nostra autem dantur omnibus indistinctè, per quod etiam colligitur non esse de mente Pontificum legislatorum, quod detur Juramentum ubi est timor maximè fundatus perjurii, sed adhibenda esse remedia ad hunc timorem removendum, nec deferendum Juramentum, nisi illo remoto.

Vbi enim adest hic timor proximus, ut in vilibus & criminosis, iuramentum purgathium non defertur.

ad

Digitized by Google

97. Absque eo quod transmisso etiam legislatores eque timuisse perjuria in purgatiuis ac timenda sunt modo in nostris de verit. dic. adhuc nihil contra nos propter disparitatem superius allatam ⁋. *sed. esto quod* justæ causæ quæ in illis non in his invenitur permittendi Sacrilegia peierantium.

Sed dato etiam hoc timote proximo, nihil adhuc contrà nos.

98. Prosequitur auctor & à §. *urget num.* 14. *usque ad* ⁋. *quod si adhuc num.* 17. confutandam assumit auctoritatem plurium DD. dicentium neminem inveniri, qui ex vi Juramenti veritatem dicat, & præcipuè *Terentij Fantoni* adducentis experientiam à se factam in viginti reorum milibus; Et dicit, quod cum negari non possit, plures etiam reos confiteri inter tot negativos, & probabillissimum etiam sit, aliquos confessos adfuisse inter viginti illa millia Fantoni, non est cur D D. illi, & dictus Auctor velint omnium confessionem tribuere conscientiæ Criminis calliditati interrogationum, aut indiciorum pressuræ & non potiùs quandoque & ut plurimum religioni Juramenti, quæ ut tortura spiritualis angit ad veritatem propalandam, & fuit causa confessionis in memorato exemplo *Josue c.*7. Illius autem inefficaciam quæ statuitur non coherere reuerentiæ Juramento debitæ, & per ipsos Ethnicos etiam præstitæ.

Obiicitur contrà fantonum non esse cur confessio reorum tribuenda nõ sit quandoq; & ut plurimum Religioni juramenti.

99. Sed facile defendi potest *Fantonus*, & DD. illum præeuntes, licet enim negari non possit inter tot negantes, aliquos confiteri, & hoc fortasse etiam videri, contigerit Fantono in tot illius reorum millibus enunciatis, adhuc certum est, quod dici non potest sinè injuria gravissimorum, & expertorum Judicum, quod ipsi in fractione panis, cognoscere probabiliter non potuerint à quo motivo eorum rei moti sint ad fatendum; cum enim ex pluribus signis hoc valeat probabiliter argui, videlicet quandoque à natura monitionum præmissarum, si immediate ex ipsis sequatur Confessio; à contestatione inditiorum ineluctabilium, si videatur qnod reum valdè angant; ab implicatione in mendaciis, si observetur, illum nescire amplius quid respondeat; à mutatione coloris, à turbatione, & denique à mille aliis circumstantiis, ex quibus Iudex elicere potest judicium moraliter certum, quod reus moveatur ad Confessionem ab aliis motivis,

Replicatur hoc excludi ex auctoritate Doctorum.

Quæ non potest inpugnari sinè iniuria cum scire potuerit quod dixerunt.

 quam

Digitized by Google

quam à Juramento; non poteſt profectò, qui equali ipſis experientia contrarium probare non poſſit, aſſerere quod ipſi dixerint quod neſcierunt.

Præſertim concurrente pro eorum dicto duplici præſumptione, quæ affertur

100. Præcipuè concurrente dupplici præſumptione prò eorum dicto; prima ſcilicet, quod Rei non poſſint illico, & immediatè acquirere fortitudinem martirum, quæ ut diximus in noſtro diſcurſu §. *ſecundo deficit* eſt omninò neceſſaria ad confitendum ex hoc motiuo in præjudicium propriæ vitæ; ſecunda quod quandò concurrit duplex motivum eque aptum producere eumdem effectum, quorum unum ſit jam alias parui habitum, aliud verò ſit omninò novum, & nunquàm contemptum, præſumendum ſit potiùs, quod novum moveat, quàm illud quod aliquando expertum eſt inefficax admovendum ex quo procedit, quod cùm motivum evitandæ offenſæ Dei, fuerit alias ipſis reis inefficax ad retrahendos illos à malo ſcelerum commiſſorum, præſumi non poteſt, quod nunc illos moveat præ motivis horroris carcerum, preſſuræ inditiorum, & ſimilium ſuprà recenſitorum, quæ de ſe ipſis ſunt aptiſſima movere, & nunquam alias inuenta inſficacia adhunc effectum.

Non releuante quod quilibet præſumendus ſit bonus & ideo quod moueatur ex motiuo euitandæ culpæ & geennę quod eſt etiam validius præ cæteris.

101. Nec relevat, quod cum quilibet præſumendus ſit bonus, præſumendum ſit etiam quod moveatur ex motivo culpæ evitandæ potius, quàm ex aliis merè temporalibus; ſicuti nec etiam quod concurrentibus pluribus motivis ad impellendum, tribui ſemper debeat effectus principaliori, & validiori, quod validiùs & principalius in caſu noſtro eſt irrefragabiliter illud evitandæ culpæ, & geennæ.

Propter rationes quæ adducuntur.

102. Conceſſo enim antecedente primæ objectionis, negatur abſolutè conſequentia, quæ ſolùm valeret, ſi reus fatendo motus à motivis temporalibus, & non ab horrore ſacrilegii, & metu geennæ peccaret, tunc enìm benè procederet hæc ratiocinatio, *præſumendus eſt quilibet bonus & quod nollit peccare, ſedſi non moueretur ex motivo evitandæ culpæ, peccaret; ergò præſumi debet ex hoc motiuo moveri*; ſed quià reus, qui movetur ad fatendum ex metu futurorum tormentorum, vel aliquo ſimili, & non ex motivo conſcientiæ, verè non peccat, dummodò de facto in omnibus veritatem dicat; peccaret

ret enim solummodò si contemneret hoc motivum, ita quod paratus esset pejurare cessantibus aliis, non verò si merè negativè se habeat circa illud non accipiendo solummodò ab illo impulsum; stat benè simùl, quod præsumatur bonus, & tamen non necessariò ex hoc capite præsumi debeat, quod moveatur ad fatendum ex motivo offensæ Dei evitandæ.

103. Sicuti etiàm nec ex alio capite, quod hoc motivum sit principalius,& validius, & ideò præsumi debeat ipsū sempèr movere ad exclusionem aliorum sensibilium minorum, licèt enim motiva supernaturalia debeant esse principaliùs considerata, & sua natura mereantur multò magis movere, quàm temporalia, nihilominus per accidens ex infirmitate, vel malitia hominum, non inveniuntur verè in praxi validiora, sivè considerentur ut sensibus non subjecta, sivè ut comminantia mala quidèm gravissima, sed, incerta, & futura, & defacto sicarii, adulteri, fures, qui non àbstinent à delictis ex motivo conscientiæ, abstinent ab illis perpetrandis in presentia armatæ curiæ, quæ illos posset carceribus mancipare, & ideò retento themate, quod quilibet præsumatur moveri à motiuo validiori, presumendum potiùs est, quod reus moveatur à motivis horroris carceris, pressuræ tormentorum, & similibus vilioribus quidèm in se, sed per accidens validioribus, quià sensibilibus, quàm à metu violandi præcepti Dei sub comminatione futuræ geennæ abstractivè tantùm perceptæ, quià à sola fide denunciatæ, & quam sperare potest, se per penitentiam evasurum.

104. Eo magis, quià res extraordinariæ, & quæ non frequentèr solent evenire, præsumi non possunt, ex quo oritur, quod cum confessio rei contra propriam vitam ex sola reverentia juramentò debita frequentèr accidere non possit, cum indigeat Gratia Dei speciali, immò illa, quæ martiribus tribuitur, ut ostendimus in discursu, quæ si ordinariè daretur, non posset amplius dici specialis, præsumendum non est, quod quandò sequitur, procedat ex motivò Religionis, sed ex aliis temporalibus motivis, qui non indigent Gratia Dei extraordinaria, & speciali ad movendum.

Sicuti etiam, quia res extraordinariæ; qualis est Gratia Dei specialis non præsumuntur.

105. Sed quod meo judicio tollit in hoc omnem difficultatem

tem

Absque eo quod experientia etiam confirmatur dictur Doctorum.

tem est ipsa experientia, qua nobis constat, neminem, vel fere neminem inveniri, qui in eodem examine, in quo confitetur aliquando non mentiatur, & peieret, vel non confitendo statim, vel excusando delictum, vel negando ipsius circumstantias, vel dicendo se nescire, & excogitare non posse ad quid vocatus fuerit à judice; in quo interrogatorio omnes ferè deficiunt, ut fusius dictum fuit supra *sect.* 1. §. *quod autem dicitur* vel alio quoquo modo ut curiosè per quirenti acta Criminalia quarumcumque curiarum patere poterit, & mihi testantur quotquot judices, & notarij Criminales contigit de hoc interrogare; quod planè innegabile reddit, reos non moveri à motivo offensæ Dei evitandæ, quia si abhoc moverentur porrò nunquam in toto examine peierarent, & fortasse ex hoc motivo loquuti sunt *clarus, marsilius, & alii sene,* alibi allati, quorum auctoritati experientia nixæ (iterum repetimus) fortasse animosius esset Adversari negando scire illos potuisse quod viderunt, & scripserunt, quàm dicere neminem pænè inveniri & perditum esse semen eorum qui fateantur.

Quia ferè nemo eius ex fassis evitat omne periuriũ in decursu examinis.

106. Nec hoc est inferre injuriam Juramento & magnæ reverentiæ ipsi debitæ, sed potius est fateri humanam imbecillitatem, quæ non permittit homines semper facere quod deberent.

107. De *Achan* confesso ad interrogationem *Iosue* satis ostendimus §. *minus urget* delatum ipsi non fuisse ullum Juramentum adeòque hujus metu fateri non potuisse.

108. Quod autem hoc angat tanquã tortura spiritualis, non consonat experientiæ, quæ ostendit torturam spiritualem jam diù fecisse id, quod jam incipit facere ipsa tortura corporalis, quod est rarò producere suum effectum.

Ex amore vitæ, qui semper extitit ergui prætenditur antiquitas malitiæ consuetudinis Iuramenti.

109. Ulteriùs progreditur D. Advocatus §. *Quodsi adhuc num.* 17. & interrogato Fantono & Anonimo auctore questionis Theologicæ super hoc dubio delationis Juramenti reorum illius Affecla, num hæc **nostra** praxis sit recens vel potius antiquissima, arguit, quod cum non possit respondere nisi antiquam fuisse, & pariter antiquam ipsius malitiam, ex quo amor vitæ qui est originariè causa illius, semper debuerit extitisse, quia convenit naturæ secundum se, sequitur quod tot Pontifices, tot concilia generalia,

lia, tot Cardinalium confessus propriæ obligationi defecerint non illam eradicando, quo sanè nihil animosius potest audiri.

Et ideo negligentia prelatorum Ecclesiæ in illa non remouenda.

110. At facilè replicabit Fantonus antiquissimam quidem esse hanc consuetudinem sed non pariter ejus malitiam, quia licet amor vitæ semper æquè viguerit in hominibus; in primordiis tamen Ecclesiæ & primis seculis subsequentibus; ita moderabatur à Gratia Dei, quæ abundantiùs tribuebatur vel ad stabiliendum in pietate statum Ecclesiæ nondùm satis firmum, vel quovis alio inscrutabili Divino consilio: ut perjura, nec etiam in discrimine vitæ frequenter acciderent; quare tunc temporis benè fuit introductum Juramentum nec erat abolendum; moderníoribus vero temporibus, licet ex illius meritis esset eradicandum non tamen ejus malitia adeò apertè innotuit, ut posset præponderare præsumptioni bonitatis, quam faciebat prò ipso consuetudo, quæ jam transivit in legem, ut pluries diximus adeoque non sunt per hoc arguendi Principes, Tribunalia, aut quicumque alij sacri consessus Ecclesiastici.

Respondetur, quod amor vitæ moderabatur tunc tempore à Gratia Dei.

Et defenduntur etiam pro nostris temporibus Principes Ecclesiastici.

111. Nec magis relevat quod dicit auctor ꝗ. *eademque num.* 18. Principes satisfacere suæ obligationi exigendo Juramentum à reis, cùm teneantur ad administrandam justitiam præsertim punitivam; ad misso enim hoc ultimo negamus esse medium aptum ad promovendam punitionem reorum, cum ostensum sit esse omnino inefficax ad ervendam confessionem eorum criminum, quinimmo tenentur Principes potius abstinere, nàmlicet verum sit illos privari non posse ut inquit auctor jure suo veritatem eliciendi ad punienda delicta possunt tamen disponi, ne velint uti modo indebito, inefficaci, & damnoso ad hanc obtinendam quale est Juramentum: nihil autem prohibet quod modus iste, seu potiùs lex hunc modum præcipens quæ per se non est mala, & ordinatur ad finem bonum, possit vitiari per accidens ex inordinata malitia eorum, contra quos exercetur, nouum enim non est, quod in legibus humanis, non solum respici debeat bonitas earumdem, intrinseca, & ordinatio ad bonum finem, sed principalius utilitas populorum *ex D. Thoma quæst.* 90. *art.* 2. *corpore* ibi *cum lex maxime dicatur secun-*

Qui promouere quidē debent punitionem reorum, sed mediis, & legibus aptis.

Non enim sufficit sola bonitas intrinseca ipsarum & ordinatio ad bonum finem deficiente utilitate.

dum

dum ordinem ad bonum commune, quæ eſt incompatibilis, cum ferè univerſali ejus abuſu, & ideò inordinatam & univerſalem legis inobſervantiam detrahere poſſe honeſtati legis.

Nec ſaluari poteſt lex Iuramenti ab inutilitate, & malitia per hoc quod non ſit infallibilis previſio perjuriorum.

112. Nec poteſt hæc defendi à malitia per hoc quod non ſit infallibilis prævíſio perjuriorum, cum judex credere poſſit, vel gratiam Dei non defuturam, vel reos ipſos imitaturos exempla plurium Ethnicorium, qui ingenuè quandoque faſſi fuerunt etiam contra propriam vitam; quia quicquid alias fecerint aliqui pauciſſimi inter Ethnicos, de quibus (cum eorum virtutes fuerint pluribus vitijs admixtæ, imò potius vitia, ut de antiquis Romanis ait S. Auguſtinus) ſuſpicari probabiliter quis poſſet, deſpexiſſe potius vitam ob vanam gloriam Religionis, aut fortitudinis oſtendendæ, quàm ob ipſam Religionem; certum ſaltem eſt tamen, & experientia conſtat Pauciſſimos reorum noſtri temporis fateri ex vi juramenti ut teſtantur allati DD. unde non poteſt credi propter rariſſima & inapplicabilia exempla temporum præteritorum quod ſequatur contrarium illius quod noſtris temporibus quotidie experimur.

Vt oſtenditur.

Non enim fundari poteſt in Gratia Dei ſpeciali non de futura.

113. Quoad gratiam vero Dei, licèt certè ſciatur ſufficientem ad confitendum non defuturam, judicari tamen certo moraliter poteſt, quod deficit majori parti reorum illa ſpecialis, quæ requiritur adhoc ut tranſeant illico, & immediatè de imo ſcelerum ad faſtigium heroicæ fortitudis tùm quia, ſi hæc gratia ad hunc tranſitum inſtantaneum ſupponi deberet in majori parte non poſſet amplius dici ſpecialis ut memoravimus ſupra, tum quia bene arguitur ab eo, quod ut plurimum accidit, ad id, quod valde probabiliter debet accidere; quare fundari prudenter non poteſt ratio excuſans permiſſibilitatem Juramenti in gratia ſpeciali Dei quia extraordinaria ut diximus non ſunt preſumenda & cum viſa ſit ut plurimum defuiſſe, nimis improbabile redditur eſſe impoſterum ad futuram.

Nec ualet obiectio quod Princeps æque abſtinere deberet ab imperando ſupplicio rei impie deſperantis.

114. Illud autem quod exageratur *in fine ejuſdem* §. quod Princeps æquè abſtinere deberet ab imperando ſupplicio delinquentis, quando deſperatione ductus abutitur illo effectu juſtitiæ eligendo impenitens mori, nullo modo ſequi-

sequitur ex nostro assumpto; disparitas enim est quod illa abstinentia Principis ab ulteriori executione justitiæ esset publicæ utilitati manifestè damnosa, quia omnes rei hoc medio uterentur ad salvandam vitam, & ità crimina non punirentur, & daretur ansa perditis hominibus impunè deliquendi, & ideò illa pietas nullo modo pertineret ad virtutem Clementiæ, sed esset penitus inopportuna, nec posset esse finis rationabilis in Principe impediendæ executionis justitiæ non obstante illius abusu, & præjudicio privato miseri delinquentis; secus verò nullum damnum Reipublice sequeretur per ablationem Juramenti quia ostensum fuit nullo modo hoc aptum esse ad habendum veritatem, & alia non desunt media efficacissima ad hunc effectum, ut rei possint dignè puniri; possunt enim torturæ subici testes contra ipsos examinari, & similia ut considerat superius adductus *Tamburin. Explic. Decal. lib. 3. cap. 4. §. tertio num. 6.* per quod patet deficere in casu nostro finem rationabilem scandali permittendi, in illo verò executionis justitiæ non deficere.

Ob claram disparitatem.

115. Repetit auctor *§ nec solum num.* 19. nihil prohibere esse aliquid in se bonum, licèt cedat in malum abutentium, sicuti sumere Eucharistiam est in se bonum, quantumvis indignè sumens judicium sibi manducet, adeoque Juramentum ex justa causa præstitum malum dici non posse ex eo quod homines illo abutantur.

Minus relevat quod dicitur, sumptionem Eucharistię esse in se bonam, licet cedat in malum abutentium.

116. At eadem recurrit responsio quia res, quæ in se bonæ sunt, possunt quidem esse aliquando per abusum in opportunæ, sed nunquam ammittunt intrinsecam bonitatem, & ideo sumere Eucharistiã non desinit esse in se bonum per hoc quod non sit bonũ indignè sumenti, leges autem humanæ quantumvis earum objectum, & finis boni sint, non possunt tamen considerari in se ipsis nec bonæ nec malę sed merè indifferentes, & determinabiles ad bonitatẽ aut malitiam, ab earum utilitate, vel inutilitate, & à circumstantiis locorum, & temporum, quibus benè vel malè adaptentur Hujusmodi enim adaptabilitas, & utilitas sunt requisita omninò indispensabilia ad bonitatem legis *glos. in l. 1. ff. de legibus S. Thom. qu. 90. art. 2. Suarez lib. 1. cap. 7. n. 6. & Laym lib. 1. tract. 4. cap. 1. nu. 4. de legibus.*

Leges enim ad differentiam rerũ intrinsece bonarum determinantur ad bonitatem abearum utilitate.

qua-

Digitized by Google

dum ordinem ad bonum commune, quæ eſt incompatibilis, cum ferè univerſali ejus abuſu, & ideò inordinatam & univerſalem legis inobſervantiam detrahere poſſe honeſtati legis.

Nec ſaluari poteſt lex Iuramenti ab inutilitate, & malitia per hoc quod non ſit infallibilis prævifio perjuriorum.

112. Nec poteſt hæc defendi à malitia per hoc quod non ſit infallibilis prævifio perjuriorum, cum judex credere poſſit, vel gratiam Dei non defuturam, vel reos ipſos imitaturos exempla plurium Ethnicorium, qui ingenuè quandoque faſſi fuerunt etiam contra propriam vitam; quia quicquid alias fecerint aliqui paucifſimi inter Ethnicos, de quibus (cum eorum virtutes fuerint pluribus vitijs admixtæ, imò potius vitia, ut de antiquis Romanis ait S. Auguſtinus) ſuſpicari probabiliter quis poſſet, deſpexiſſe potius vitam ob vanam gloriam Religionis, aut fortitudinis oſtendendæ, quàm ob ipſam Religionem; certum ſaltem eſt tamen, & experientia conſtat Paucifſimos reorum noſtri temporis fateri ex vi juramenti ut teſtantur allati DD. unde non poteſt credi propter rariſſima & inapplicabilia exempla temporum præteritorum quod ſequatur contrarium illius quod noſtris temporibus quotidie experimur.

Vt oſtenditur.

Non enim fundari poteſt in Gratia Dei ſpeciali non defutura.

113. Quoad gratiam vero Dei, licèt certè ſciatur ſufficientem ad confitendum non defuturam, judicari tamen certo moraliter poteſt, quod deficit majori parti reorum illa ſpecialis, quæ requiritur adhoc ut tranſeant illico, & immediatè de imo ſcelerum ad faſtigium heroicæ fortitudis tùm quia, ſi hæc gratia ad hunc tranſitum inſtantaneum ſupponi deberet in majori parte non poſſet amplius dici ſpecialis ut memoravimus ſupra, tum quia bene arguitur ab eo, quod ut plurimum accidit, ad id, quod valde probabiliter debet accidere; quare fundari prudenter non poteſt ratio excuſans permiſſibilitatem Juramenti in gratia ſpeciali Dei quia extraordinaria ut diximus non ſunt preſumenda & cum viſa ſit ut plurimum defuiſſe, nimis improbabile redditur eſſe impoſterum ad futuram.

Nec ualet obiectio quod Princeps æque abſtinere deberet ab imperando ſupplicio rei impie deſperantis.

114. Illud autem quod exageratur *in fine ejuſdem* §. quod Princeps æquè abſtinere deberet ab imperando ſupplicio delinquentis, quando deſperatione ductus abutitur illo effectu juſtitiæ eligendo impenitens mori, nullo modo ſequi-

Digitized by Google

sequitur ex nostro assumpto; disparitas enim est quod illa abstinentia Principis ab ulteriori executione justitiæ esset publicæ utilitati manifestè damnosa, quia omnes rei hoc medio uterentur ad salvandam vitam, & ità crimina non punirentur, & daretur ansa perditis hominibus impunè deliquendi, & ideò illa pietas nullo modo pertineret ad virtutem Clementiæ, sed esset penitus inopportuna, nec posset esse finis rationabilis in Principe impediendæ executionis justitiæ non obstante illius abusu, & præjudicio privato miseri delinquentis; secus verò nullum damnum Reipublice sequeretur per ablationem Juramenti quia ostensum fuit nullo modo hoc aptum esse ad habendum veritatem, & alia non desunt media efficacissima ad hunc effectum, ut rei possint dignè puniri; possunt enim torturæ subici testes contra ipsos examinari, & similia ut considerat superius adductus *Tamburin. Explic. Decal. lib. 3. cap. 4. §. tertio num. 6.* per quod patet deficere in casu nostro finem rationabilem scandali permittendi, in illo verò executionis justitiæ non deficere. Ob claram disparitatem.

115. Repetit auctor *§ nec solum num. 19.* nihil prohibere esse aliquid in se bonum, licèt cedat in malum abutentium, sicuti sumere Eucharistiam est in se bonum, quantumvis indignè sumens judicium sibi manducet, adeoque Juramentum ex justa causa præstitum malum dici non posse ex eo quod homines illo abutantur. Minus relevat quod dicitur, sumptionem Eucharistiæ esse in se bonam, licet cedat in malum abutentium.

116. At eadem recurrit responsio quia res, quæ in se bonæ sunt, possunt quidem esse aliquando per abusum inopportunæ, sed nunquam ammittunt intrinsecam bonitatem, & ideo sumere Eucharistiã non desinit esse in se bonum per hoc quod non sit bonũ indignè sumenti, leges autem humanæ quantumvis earum objectum, & finis boni sint, non possunt tamen considerari in se ipsis nec bonæ nec malę sed merè indifferentes, & determinabiles ad bonitatẽ aut malitiam, ab earum utilitate, vel inutilitate, & à circumstantiis locorum, & temporum, quibus benè vel malè adaptentur Hujusmodi enim adaptabilitas, & utilitas sunt requisita omninò indispensabilia ad bonitatem legis *glos. in l. 1. ff. de legibus S. Thom. qu. 90. art. 2. Suarez lib. 1. cap. 7. n. 6. & Laym lib. 1. tract. 4. cap. 1. nu. 4. de legibus.* Leges enim ad differentiam rerũ intrinsece bonarum determinantur ad bonitatem ab earum utilitate.

qua-

quarè mirum non est, quod lex Juramentum præcipiens determinari possit, & de facto determinetur ad malitiam ab illius ferè universali & moraliter inevitabili abusu, qui illam reddit inutilem damnosam & nostris temporibus in opportunam; & ideò Juramentum deferri non posse, cum dici non possit ex iusta causa præstitum, quæ est sola ratio, qua excusatur à scandalo à D. Thoma 2. 2. *quæst.* 89. *art.* 2. *corpore*.

Nec obstat Lessius quia approbat delationem Iuramēti in Iudice, non in Principe.

117. Nec adversatur *Lessius* exadverso hic allatus quia ubi dicit *lib.* 2. *de justitia cap.* 42. *dub.* 10. *num.* 49. justam necessitatem intervenire, loquitur quoad Judicem, qui tenetur sequi ordinem juris, non quoad Principem, cui consulit esse abolendam hujusmodi legem.

118. Ad ea quæ dicuntur §. *majus num.* 20. *usque ad num.* 23. concedimus majus peccatum esse jurare per Deos falsos, quàm pejerare, sicuti etiam posse aliquem quandoque exigere hujusmodi Juramentum per falsos Deos, ut nos quoque diximus in discursu §. *nihilominus hæc* sed non ideò bene infertur posse in casu nostro deferri Juramentum moraliter pejeraturo, quia permissio illa Juramenti per falsos Deos in illis circumstanstiis, in quibus approbatur à DD. fit à deferente Juramentum ob justum finem licitæ utilitatis captandæ, quem obtinet; in nostro verò casu deest hic finis rationabilis & prudens, cum ex dictis hoc medio veritas moraliter obtineri non possit; nec potest excusari judex deferens, nisi per hoc quod hoc faciendo sequatur ordinem juris.

Licita permissio iurandi per Deos falsos in contractibus, non arguit licitam permissionem pejerandi in Iudiciis.

119. Cæterum non sufficit, quod id faciat, ut inquit auctor ob publicam utilitatem veritatis eliciendæ, bonum enim publicum exposcit quidem, ut veritas omnibum mediis ervatur, sed prudentia requirit, quod media sint apta ad hunc finem consequendum, & ideò cum in casu nostro bonum publicum veritatis eliciendæ obtineri ut plurimum non possit hoc medio; sola inutilis ordinatio ad ipsum dissonat prudentiæ, nec adest finis rectus, & rationabilis permissionis tot peccatorum.

In his enim deficit finis consequibilis publicæ utilitatis.

120. Nec valet adumbrari publica utilitas in hoc quod aliqui licèt rarissimi inter tot pejerantes, metu periurii fateantur quod quanvis videatur minimum bonum, cum tamen sit bonum Reipupblicæ(& ideò lineæ superioris res-
pectu

Quæ non valet adumbrari in hoc, quod aliqui saltem fateantur.

Digitized by Google

pectu periuriorum, quorum prætio emitur, quæ sunt mala tantùm privata pejerantium,) debet illis omninò præferri, cum sola pernicies publica sit illa, quæ meretur considerari ad effectum impediendi publicam utilitatem.

121. Quandoquidem omisso, quod juxtà sensum gravissimorum DD. suprà allatorum, nec etiam dicere possumus, quod hi pauci inveniantur fatentes metu periurij cum dicant *neminem inveniri perditum esse semen & sim*, & ad tantorum virorum auctoritatem elidendam non sufficiat, ut supra etiam diximus adducere exempla reorum confitentium, sed probandum sit quod falsi fuerint Religione Juramenti cum alias moveri potuerint ex mille alijs motivis, metus tormentorum, difficultatis palliandæ veritatis nimis notæ aut probatæ; fractionis animi vilescentis ex conscientia culpæ, & similium; omisso hoc inquam, & dato etiam, hos paucissimos non deesse, itaut inter mille, vel etiam inter centum, ut dicit Lessius *lib.2. cap. 31. dub. 3. n.16.* pejerantes, aut confitentes aliundè quam metu Juramenti, unus felicitèr inveniatur qui in Dei obsequium veritatem dicat, (quam tamen assertionem Lessij licet demus prò nunc, nullo tamen modo concedimus; quia hoc ille dicit ex modo loquendi ad designandum potius multo majorem numerum pejerantium præ confitentibus quam ad justum calculum proferendum experientia nixum: Dato inquam adhuc confessio hujus unius in obsequium Dei non satis ostendit maximum beneficium Juramenti nec etiam pro hoc casu; scire enim non possumus quod reus ipse motus non fuisset ad confitendum ab aliis motivis etiam non prestito Juramento, quod si hoc esset, utilitas profecto Juramenti fere nulla dici mereretur nec ullo modo necessariutm haberi posset respectu hujus confessionis licet ejus medio consecutæ: sed supposito illo etiam ad hanc necessario adhuc contendimus punitionem unius inter mille aut centum non posse efficere Juramentum simpliciter utile, e conspectu tot sacrilegiorum, quæ evitarentur sine ipsius delatione, ad hoc enim ut aliqua res talis simpliciter dici possit, non sufficit quod bonum causatum sit in linea superiori respectu præjudicii quod ex ipsa oritur sed requiritur insuper

Nam juxtà DD. nec hi pauci adsunt fatentes vi Juramenti.

Et quatenùs adessent unus esset inter mille, vel ad summùm Centum.

Qui fassus etiàm forsitan fuisset ex aliis motivis.

Hoc autem est exiguum beneficiũ propter quod Juramentum non potest dici simplicitèr utile.

Bonum enim & malum, quæ ex ipso oriuntur debent habere debitam proportionē ad invicem.

quod bonum & malum habeant debitam proportionem ad invicem; licet enim minus bonum superioris lineæ sæpe æquivaleat malo majori lineæ inferioris ita ut appeti possit etiam cum onere illius incommodi, hoc tamen non procedit si bonum lineæ inferioris sit fere nullum, & malum inferioris sit maximum sicuti V. b. si ab executione alicujùs mandati facienda tali hora potius quam alia prævideretur mors infallibilis plurium personarum quæ alia hora non sequeretur, non posset dici talis executio Reipublicę utilis sed verę damnosa non obstante quod exercitium liberum iustitiæ quacumque hora ut spectans ad publicum bonum sit lineæ superioris, respectu mali priuati mortis plurium personarum, quia una hora potius exequi quam alia, est minimum bonum, quod emi non meretur prætio mortis plurium personarum quod est maximum malum.

Nec sufficit ut probatur exemplo quod bonum sit in linea superiori respectu præjudicii.

Hanc tamen proportionem nō habent.

181. Hoc autem acidit in casu nostro, quia ex una parte malum tot peccatorum licet prætendatur merè privatum, est tamen innegabiliter maximum; ex alia autem bonum publicum punitionis quod hic sequeretur est adeò exiguum, & ita parum Republicæ prodest, ut quamvis phisicè hæc punitio utilis sit, moraliter tamen utilis dici non mereatur; quia cum ejus beneficium publicum consistat solùm in eo, quod punitioni *nonaginta novem*, qui deprehenduntur pejerantes, & ut rei condemnantur addatur, punitio *centesimi*, qui alias evaderet juxtà calculum superiùs prò nunc admissum; quis credat huic uni tantam vim inesse ad impedienda delicta, (quod est id, in quo punitio criminum est Reipublicæ utilis), ut minora ex his sequi debeant per punitionem centum reorum, quàm sequta fuissent, si nonaginta novem solummodò punirentur. Anne in Germania Saxonia Bavaria Austria an in Provincia Cataloniæ, an in Principatibus Etruriæ, Sabaudiæ, Mantuæ, in quibus centesimus iste non punitur; cum non deferatur ibi Juramentum, testibus respectivè *Tabor tract de confrontat. disp.* 3. *num.* 16. *per tot allat. à D. Præside Jo; Torre* in sua approbatione responsionis D. Advocati post eandem impressa *Ludovic Peguer decis.* 5. *numer.* 28. *Sabell.* §. *Juram. numer.* 59. *Sola in constitut. Sabaud. titul. de juramento fol.* 396.

Quia punitio unius inter centum, licèt videatur prodesse Reipublicæ.

Parùm tamē, aut nihil moraliter prodest, ut ostenditur.

Ci-

Digitized by Google

Ciriac. controv. 322 *num.* 35. augetur ideò numerus delinquentium, aut quies publica perturbatur? nemo sanè hoc dicet; nullum ibi ex hoc oritur præjudicium, aut saltem nullum agnoscitur, nec sunt infeliciores populi illi, ex defectu Justitiæ per hoc quod sint Innocentiores ex defectu tot peccatorum; Quamobrèm nihil refert ad utilitatem Juramenti; quod beneficium, quod causat, sit lineæ superioris, ut publicum, respectu mali, quod pretenditur merè privatum.

123. Adde quod superius dictum est nempe quod hæc utilitas quæcumque illa sit alicujus confitentis medio Juramento; qui aliàs spontè non fateretur; potest etiam aliis uiis, obtineri; examina enim testium, torturæ, & vigiliæ sunt profectò aptiora ad promovendam punitionem rei, quam juramentum & his bene potest loco illius respublica setueri, ut advertit adhunc propositum supracitatus *Tambur. lib. 3. explic. decal. cap. 4. §. 3. num. 6.* Quo casu juramentum utile diei non potest, cum ejus exiguum beneficium, quod emitur maximo damno, possit aliundè infallibilius, & sine ullo præjudicio comparari.

Preterquàm quòd hæc utilitas quecumque sit, potest aliundè obtineri.

124. Absque eo quod nec etiam omninò concedimus, Sacrilegia innumera peierantium vergere solummodo in perniciem privatorum; cedunt enim reverà etiam in commune damnum, quatenùs sepè ab his, saltèm indirectè mala publica consequuntur; hanc veritatem non nisi Infideles negare poterunt, scimus enim ex fide, peccati reos non solum æterno supplicio destinari, sed etiam puniri temporalibus malis, pestis, famis, terremotuum bellorum &c.; hoc docent pluribi sacræ litteræ expressis verbis, *Si spreveritis leges meas, evaginabo post vos gladium, eritque terra vestra deserta & civitates vestræ dirutæ Levit.* 26. 33. *Augebit Dominus plagas vestras, plagas magnas & perseverantes, infirmitates pessimas, & perpetuas, deserteque fient viæ vestræ Deut.* 28. *& Levit.* 26. 2. *Justitia elevat gentes, miseros facit populos peccatum. Provid.* 14. 34. Et notat August. *de Vita Christiana cap.* 4. Amorreos spoliatos fuisse Terra promissionis proptèr eorum Iniquitates, dum Deus differendo promissionem factam Abrahamo, de illa, dicit *Gen.* 15. 16. *nondum completæ sunt iniquitates Amorreorum.*

Sed deindè non cōceditur, tot perjuria cedere tantùm in malum privatorum.

Ex his enim mala publica consequuntur.

 Quod

Digitized by Google

125. Quod si peccata hominum sunt veri fontes omnium malorum etiam temporalium, immò aliquandò visum est peccata etiam levia aliquorum tantùm, punita esse gravissime in toto populo, ut exigua vanitas Regii Prophætæ, quæ vindicata fuit non minùs quam morte 70000. subditorum, ut habetur *Regum cap.* 14. cur nam mala omnia, quibus quotidiè affligimur sterilitatis, belli, morborum, & similium, tribui non etiam debebunt magna ex parte sacrilegiis pejerantium, quæ sunt peccata gravitate maxima, ut directè impetentia honorem Dei, & numero pænè innumerabilia?

Et nocent bono publico Religionis.

126. Præterèa alio modo etiam perjuria cedunt in publicum damnum, quatenus nocent bono publico Religionis, magnum enim scandalum oritur inter hæreticos, & infideles, quod Cattholici, qui tanta dicunt, & credunt de Deo suo, adeò deindè illum parui æstiment, ut prò nihilo habeant vocare quotidiè in testimonium fallitatis, & facere approbatorem mendacii.

127. Exquibus oritur, quod Juramentum frustratur suo fine primario utilitatis publicæ, ad quam ordinatur & licèt in aliquibus obtineret finem immediatum detectionis, & punitionis criminum, quia tamèn finis non est rationabilis è conspectu tàm maximi præjudicii, quod causat, perindè censendum est inutile, ac si hoc etiam destitueretur.

Nec subsistit aliud beneficium hic enunciatum, quod oriri prætenditur ex Juramento.

128. Aliud beneficium excogitatum à D. Advocato nempè quod multi à delictis patrandis arceri possunt proptèr Juramentum, quod sciunt à se prestandum, cum ipsis contigerit examinari, gratis asseritur omnino; vel enim tales sunt, ut illos terreat offensa Dei, & tunc potiùs abstinebunt ab homicidiis, adulteriis, aliisque gravissimis criminibus ob peccatum ipsum certum, & hic, & nunc committendum, quod in hujusmodi operibus invenitur, quàm ob periurium incertum, & emittendum solummodò, si fortè veniant in fortiis curie, quem casum carcerationis sperare possunt se evitaturos; vel eos refrenare non potest contemptus Divinæ Majestatis, ejusque præceptorum; & seorsim à Juramento emittendo delinquerent; & profectò illo casu nec refrenabuntur ab incerto futuro perjurio, cujus sanè timor majorem vim non

habet

Digitized by Google

habet nostris temporibus universalitèr, quàm timor mortis, quò tamen non obstante, cùm hujusmodi scelesti mines delinquere non sinant, quomodo dicendum probabiliter erit quod abstinebunt à delictis per hoc quod sint fortasse pejeraturi.

129. Per hæc proximè dicta patet etiam responsio ad §. *hæc autèm num.* 23. quia ordo charitatis non exigit quidẽ, ut benè advertit auctor, quod ad vitandam ruinam proximi, quis propriam utilitatem, statum, honorem, multoque minus bonum Reiqublicæ negligat, & ità possunt permitti scandala in exemplis usurarum, & similium, quæ afferuntur *in hoc* §. & quæ nos prætulimus in discursu, quià nec desunt hujusmodi rationabiles fines, nec desinunt obtineri; Postulat autèm charitas, ut non permittantur proximi peccata; ubi absit hic rectus finis, vel sit moraliter inobtenibilis, quod æquiparatur absentiæ, & ideò non debet Princeps permittere tot sacrilegia pejerantium quia per hanc permissionem non obtinetur finis publicæ utilitatis, quæ consistit in cessatione, aut diminutione delictorum, nam ut diximus suprà, quod unus, intèr centum delinquentes evadat pœnam nonaginta novem non evadentibus, non ideò minora crimina consequuntur.

Quare sicuti Charitas non exigit, ut occuramus ruine proximi si adsit justus finis publicæ vel propriæ utilitatis, ut in exemplis usurarũ, & sim.

Idaobulari ipsi debet in casu nostró ubi abest hic rectus finis per missionis.

130. Sequitur articulus secundus D. Advocati, in quo solvere intendit fundamenta contrariæ opinionis, quæ statuuntur ab auctore quæstionis Theologicæ, & licet meum non sit egregium discursum Doctissimi Viri, ab oppositionibus vindicare, non enim indiget tam debili præsidio, nec opus ipsum, nec auctor, nihilominus abstinere non possum ab impugnandis aliquibus responsionibus D. Advocati; doctrina enim illarum si sustineretur, everteret etiàm principia nostri discursus.

Responsiones D. Advocati fundamentis Anonimi nostra eclairassiunt.

131. Prima igitur replicatio §. *solvi num.* 25. locum non habet; admittimus enim auctori amorem vitæ non esse impeditiuum sempèr, & absolutè majoris boni, qualis est reverentia Juramento debita; de facto enim fideles in primis Ecclesiæ seculis, licèt aliquando deficerent in fortitudine, ut plurimùm tamen (Deo gratiam extraordinariam ad stabiliendam in pietate oppugnatam Ecclesiam largiente,) præferebant honorem Dei propriæ vitæ, sed

Replicamus igitur amorem vitæ non fuisse impeditum majoris boni in martiribus, quia habebant Gratiã specialem Dei.

 dici-

dicimus quod nostris temporibus fundari non potest in gratia eadem speciali; & peculiari confortatione spiritus, quæ de illo tempore dicta de causa tribuebatur; Deus enim est quidèm adjutor, sed *adiutor in opportunitatibus, & in tribulatione* ut dicitur *Psalm. 9. vers.* 10. & ideò quidem in tentatione illa maxima deserendæ fidei, tunc tempore hominibus contemptibilis; quia cum nulla motiva temporalia gloriæ, aut similium possent impellere martires, infantes præcipuè, & mulieres ad persistendum, in ipsa; spiritualia profectò erant gratia Dei straordinaria roboranda, n on verò in angustia reorum in casu nostrò, qui cum à pluribus temporalibus motivis impelli possint ad confitendum etiam contra propriam vitam, scilicèt metu tormentorum imminentium conscientia culpæ, aliisque superiùs recensitis,non necessariò moveri debent à motivo supernaturali & difficillimo offensæ Dei evitandæ, & ità non indigent maximo, & extraordinario auxilio Gratiæ Dei omninò specialis, quæ requiritur adhoc ut quis moveatur ex tàm sublimi motivo; quarè sicuti Princeps primitivæ Ecclesiæ optimè fecerunt tolerando consuetudinem Juramenti; quia tunc Amor vitæ ex auxilio gratiæ extraordinariæ, ut plurimum non erat impeditivus majoris boni, ita nunc nostri legislatores in presentibus temporum circumstantiis, in quibus sinè ope aliorum sensibilium motivorum Amor vitæ impediret majus bonum reverentiæ numini debite, permittere non debent ampliùs continuationem hujus malæ praxis.

Quætunc tribuenda erat, & tribuebatur.

Nunc autem universaliter non tribuitur.

132. Eo fortiùs, quià si quandoque etiàm de tempore, quod dabatur frequentius gratia Dei extraordinaria, & specialis, dictus amor vitæ inordinatus prævalebat adhuc virtuti, itaut aliqui etiàm deficerent in martirio, quantò magis, (ut optimè infert Anonimus) timendum nunc est, perditos homines destitutos universaliter, ut constat experientia, lapsuum, dicta gratia speciali spreturos esse deficientibus aliis motivis Religionem Juramenti; quod tamèn sufficit, ut auferatur ejus consuetudo, ut inutilitèr damnosa, non obstante prætensa publica utilitate, quam supra ostendimus non subsistere.

Quod si etiam de eo tempore aliquàdò dictus amor vitæ inordinatus prævalebat.

Quid credendum est nunc.

133. Minùs relevat instantia, quæ datur *§. nimis num.* 26. de

de equè tollenda obligatione veritatem fatendi eo quod fateri sit æquè moraliter impossibile, cum nō minus ad confessionem ipsam seorsim à Juramento requiratur Gratia specialis, quam ad Juramentum ipsum; quia abundè responsum fuit suprà *sect.* 1. *§. sed hac Instantia*; ad quem me remitto. *Quarè tollenda per Principes desatio Iuramenti, non verò obligatio facendi, ut dictum est suprà.*

134. Nec ex infirmitate, aut malitia reorum præferentium nunc ut plurimum propriam propriam vitam obsequio Dei inferri potest ab auctore, quod tolli etiam deberet præceptum exterius fatendi fidem, tùm quia hoc ultimum profluit à Jure Divino quò casu non debet tolli eo quod violetur quia non ideò frustratur suo fine primario, cum finis præceptorum Dei non sit principaliter utilitas hominum, sed ejus honor, & Gloria, vel quilibet similis ad ipsum sempèr ordinatus, ut visum fuit *sect.* 1. *§. sed redit.* *Sicùt nec etiàm præceptum exteriùs fatendi fidem.*

135. Tum quià in casibus, in quibus urget præceptum exteriùs confitendi fidem, non posset quis denegare confessionem absque subtractione magni honoris Deo, & Christo Domino, quod est in se malum *Tamburrin. lib.* 1. *explic. Decal. cap.* 1. *de fide §.* 2. *dicens de communi*, & absque dispendio salutis eternæ, ad quam est necessaria confessio fidei in talibus circumstantiis juxtà illud *Apost. ad Rom.* 10. *Ore autem confessio fit ad salutem*, de quibus omnibus *S. Thom.* 2. 2. *quæst.* 3. *art.* 2. quo casu abusus nullo modo potest considerari ad effectum vitiandi, & tollendi præcepti, quia hoc est omnino necessarium, cum sit indispensabilis obligatio charitatis erga Deum, & directio animarum ad salutem consequendam, quæ in hac saltèm providentia sine externa confessione haberi non potest. *Proptèr motiva, quæ afferuntur.*

136. Tum quia valdè expedit ad confirmandam, & conservandam fidem, quod fideles intrepidè illam fateantur etiàm cum dispendio vitæ, cum nihil magis inservierit, & inservire possit ad retundendam potestatem tenebrarum, quam sanguis martirum confitentium, sinè exemplo quorum deficeret pusillis animus in persecutionibus, & fides Christi latens in cordibus non propagaretur per auditum in populis, portæque inferi contra ipsam facilè prævalerent.

E con-

Quæ non militant pro obligatione delationis Juramenti.

137. E contrà verò obligatio delationis Juramenti profluit à lege humana, imò à sola consuetudine, & frustratur suo fine cum publica utilitas intenta universaliter non obtineatur; Nullo modo est necessaria, nec abstinentia ab ipso est perse mala, & deniq; constat reos ut plurimum pejerasse, nec adest fundamentum ullum sperandi rationabiliter gratiam Dei specialem, sinè qua non possunt rei in tanto discrimine confiteri.

138. Iterùmque eodem pacto solvitur instantia de mendacio reorum, quæ repetitur §. *secundum num.* 27. Doctrina autèm, quæ sequitur, Principem suæ obligationi satisfacere, & uti Jure suo administrando Justitiam vera est, sed non valet illatio, quod ipsi permittenti perjurium, non debeat etiam imputari malitia rei pejerantis, optimè enim fine delatione Juramenti potest Justitia administrari, ut de facto administratur sine ullo illius detrimento in supra memoratis principatibus ubi non defertur, nec Princeps potest dici uti Jure suo permittendo innumera sacrilegia sinè causa; æquè enim ac privatos eum obligat charitas proximo debita non permittendi aliena peccata sine rationabili fine, & solùm Judex excusatur quatenùs hic justus finis ipsi non deest, sequendi scilicèt ordinem Juris, de hoc autem & non de Principe loquitur *Suarez loco* hic per auctorem citato.

Negatur Principē administrare iustitiam, & uti iure suo in permissione Iuramenti, quia permitit sagrilegia sinè causa.

139. Quod verò rei jurantes in discrimine vitæ sint certò moraliter pejeraturi, gratis non asseritur, ut inquit auctor §. *Dicere num.* 28. sed ex verbis ipsis Soti, quibus id comprobat, contrarium ostendi patest cum enim per hunc doctorem sufficiant *conjecturæ probabilissimæ quæ intellectum vincant, ut humano more id credat*, quid quæso probabilius cōjectari potest, quàm quod reus interrogatus in præjudicium propriæ vitæ facturus sit illud idē, quod ab aliis hujusmodi personis ita passim, & universaliter fit, ut nunquam, vel ferè nunquam contigerit aliter fieri; Si quis constituatur in occasione proxima peccandi cum muliere; non ne intellectus benè dispositus, & humano more cogitans sufficientem coniecturam habebit, quod certò moraliter sequetur peccatum? At quid est aliud Constitui in Circumstantiis in quibus homines ejusdem Conditionis positi semper vel fere semper Labuntur

Hec autem esse moraliter sequutura in reis ostenditur ex Soto in contrarium allato.

quam

Digitized by Google

quã versari in proxima occasione peccandi *Busembau. lib. 5. Cap. 2. de peccatis dub. 7. resp. 5.* si igitur tenetur Quis retrhaere proximum si commode potest ab occasione proxima in qua reperitur quia prudenter credere debet in illis Circumstantiis ipsum lapsurũ non obstante quod nullam habeat de illo homine esperientiam; cur nam in casu nostro æq; probabiliter credi non debebit pejeraturus qui per delationem Juramenti constituitur in circumstantiis in quibus homines similis conditionis numquam vel ferè nunquã abstinent à perjurio & ideo tollenda non erit hæc occasio peccandi quæ nullum habet rationabilem finem.

140. Replicabit fortasse D. Aduocatus quod quidquid sit de uniuersalitate reorum, saltem de hoc vel illo numero reo judicari non potest quod certè sit pejeraturus per hoc quod major pars soleat pejerare; sicuti ex eo quod certum sit majorem partem hominum non conservaturam esse innocentiam personalem, non tamen rectè judicaret qui diceret Petrum certò moraliter peccaturum; adeòque posse exigi singulis vicibus Juramentum à reo; qui nescitur pejeraturus *hoc enim dubium quod ille fortè rectè jurabit est jus aliquod in petente, ut innuit idem Sotus ubi supra.* Non obstãte quod hic, vel ille reus iudicari non possit peieraturus.

141. Verũ hoc etiam transmisso adhuc contendimus tolli debere juramentum propter periuria certò moraliter secutura nostra enim questio non est utrum huic vel illi exiberi possit juramentum qui sunt termini in quibus loquitur Sotus allatus sed utrũ omnibus universaliter reis illud deferri expediat, quare sufficit quod ex his generice sumptis certum moraliter sit paucissimos evitaturos esse perjuriũ eo quod experientia nos doceat fere omnes nostris temporibus pejerare ad hoc ut Princeps qui non considerat in suis legibus casus particulares sed uniuersalitatem, abstinere debeat à permissione continuationis nostræ consuetudinis juramenti de quo agitur parum interessendo quod nesciatur utrum hic aut ille numero sit pejeraturus; hoc enim non excusat delationẽ juramenti universaliter à Lesione charitatis. Quia sufficit iudicium in genere, quod ferè nemo abstinebit à peierando.

142. Quæ dicuntur ab Anonimo & refutantur ab auctore in 2. *tertium num. 29.* scilicet quod non poterunt rei qui mortem periurio euaserunt dolere de eodem periurio; dicta

cre-

crediderim potius ad confirmationem aliarum rationum quam adstatuendam principaliter nostram conclusionem ex hoc motiuo nihilominus si verè esset reis moraliter impossibile habere hunc dolorem de perjurio vel si numquam aut fere numquam haberetur ab illis (quod tamen asserere non auderem non quidem quia Deus non precipiat opera aliqua quæ ex hominũ culpa euenerunt illis difficillima quod idem est ac moraliter impossibila per accidens ut vult au&tor, contrariũ enim ostensum est supra & D.Hyeron. adductus *lib.1. Commen.in cap. 5. Matt. qui ait sciendum est ergo Christum impossibilia non precipere*. Loquitur vel de physicè impossibilibus vel de impossibilibus per se non per accidens) sed quia aliam vim habet ad terrendum mors imminens hic & nunc subeunda; aliter verò se exhibet recordationi ad impediendum quod quis doleat de ejus evitatione preteritæ presertim in casu illo extremo quo credi piè potest ut experientiæ consonat Deum qui sumit temporalem vindictam de peccatis eius per mortem concurrere gratia particulari ad eximendum illum ab æterna) si inquam verè adesset hæc moralis impossibilitas doloris de perjurio adhuc non obstante instantia quam dat auctor æquè impossibilis doloris de mendacio tollenda esset consuetudo juramenti non ablata interrogatione exquaoritur dictum mendacium propter disparitatem quam supra tetigimus scilicèt, quod cum mendacium nullo modo sit intentum à Judice, nec ut medium adhabendum suum finem, sed veniat merè per accidens ex ipsa interrogatione, à qua judex nullo modo potest abstinere, cum sit etiam Juris Divini, quod reus audiatur, non potest hic conqueri de hac maxima difficultate dolendi, in qua coniicitur, sed potiùs imputare sibi, quod ex delictis patratis reperiatur culpa sua indispensabiliter in statu quod dolor est ipsi per accidens moraliter impossibilis; Juramentum verò cum à lege Divina non præcipiatur, & Judex intendat illud perjurium rei ut medium ad consequendam suum finem, sine quo tamen medio justitia benè potest administrari, ut de facto optimè administratur in Provinciis illis, quas suprà recensuimus, in quibus non adhibetur, nullam causam rationabilem allegare potest coniiciendi reos in morali impossibilitate non pejerandi.

Defenditur Anonimus improbans delationem juramenti, ex quo non poterunt rei evadentes mortem per perjuria de ipsis dolere.

Qua

Digitized by Google

142. Quartum argumentum Anomini de incompatibilitate charitatis in nostra consuetudine erga Deum, & proximum ob spretum Divini nominis, & ruinas quamplurium animarum soluit auctor sequenti. §. *Quartum num.* 30. eadem responsione pluries allata vel non esse adeò certam periurii necessitatem cum plures fateantur, vel ea transmissa adhuc non esse abolendam consuetudinem quia aliàs tollenda essent cum præcepto non mentiendi in Judiciis præcepta omnia Divina, & Ecclesiaastica, quæ violantur.

Ex nostro assumpto infert iterùm auctor tollenda esse omnia pręcepta Divina, & Ecclesiastica, quæ violantur.

143. Sed moralis inevitabilitas periurii jam satis firmata fuit in discursu & vindicat ab oppositionibus in tota hac responsione. Ut non sit opus hic millies dicta repetere; similitèr demonstratum fuit precepta Divina non esse ideò tollenda, quià tollatur Juramentum & præcipuè illud, quod hic repetitur exterius confitendi fidem propter diversam rationem adductam superiori §. *nec ex infirmate* quòad verò precepta Ecclesiastica, quę non fundantur in ullojure naturali aut Divino fatebimur ultrò, quod essent abroganda, si eorum finis esset moraliter inobtenibilis, si desinerent esse Reipublicæ utilia, imò essent majori parti hominum damnosa, non obstante quod hæc inconvenientia originem haberent à malitia, & infirmitate eorumdem hominum illa non observantium; Leges enim humanæ ad hoc, ut bonæ dici possint, debent adaptari circumstantiis personarum, & temporum, & defacto dicunt DD. quod sustineri non posset nostris temporibus, lex quę prohiberet civibus omnia convivia aut juberet ut supra diximus quadragesimale jejunium in solo pane & aqua quia non esset accomodata presenti humanæ imbecillitati, ob quam major pars fidelium illud non observaret; *Layman lib.* 1. *tract.* 4. *de legib. cap.* 1. *num.* 4. *Vasquez disp.* 154. *cap.* 1. quod autem sustineri posset, & esset bona, si universalitèr observaretur, dubium esset non potest.

Sed respondetur.

144. Ad id autem, quod hic dicitur de Deo, quod licet sit prima Charitas non desiit ponere præceptum de pomo non comedendo, licèt præviderit Adam peccaturum, & similiter non abstinuit ab interrogando Cain negaturo; iterum replicamus, quod superius dictum est; non posse semper argui ab eo, quod facit Deus, qui habet prò fine

Nec officit Deum, qui est prima charitas nõ abstinuisse ab interrogatione, & præcepto per hoc quod prævidetit peccata Cain, & Adæ.

prin-

principali se ipsum, & gloriam suam, & non simpliciter utilitatem hominum ad id, quod faciendum est ab hominibus, qui in eorum legibus intueri debent primariò publicam subjectorum utilitatem, adeoque officere non posse casui nostro exemplum permissionis peccati Adæ; ad Cain verò interogandum ultrà hanc rationem concurrere probabiliter potuit alia potissima, quod Deus docere nos voluerit, reos non esse inauditos condemnandos, sed audiendos etiàmsi aliundè sciatur, verè deliquisse, adeoque mirum non est, quod prò bono publico hominum instruendorum permiserit prævisum lapsum unius; nos autèm versamur non in casu permissionis lapsus unius, vel alterius hominis, sed majoris partis eorum, in qua permissione Reipublicæ utilitas nulla est, vel adeò tenuis, ut nulla dici mereatur; ad superius tradita §. *nec Valet adumbrari* nec alias ullum aliud bonum potest adesse assequendum nec malum majus evitandum.

146. Nec magis satisfacit responsio, quæ datur quintæ probationi Annonimi §. *Quinto num.* 31. Quæ nititur in severis pænis, quas scimus ex sacris Paginis, & Apostolo *ad Romanos primo vers. ultimo* Deum infligere non solùm auctoribus; sed etiam adjutoribus, Consiliariis omnibusque quomodocumque negligentibus in impediendis periuris.

Conceditur D. Advocato petentem Juramentū ex justo fine, non posse dici consentire in periurium.

147. Quia, etsi petens Juramentum ex justo fine à pejeraturo, non debeat dici consentire inperiurium, ut admittimus D. Advocato, hoc tamèn probat solummodò quod Judex, qui habet justam causam, nempè ordinem Juris sequendum, non malè agat; non verò quod possit, *re discussa*, excusari Princeps, in quo cum nullus valeat excogitari rationabilis, & prudens finis hujus medii adhibendi improportionati, & experientia cogniti inepti ad eruendam veritatem, & punienda delicta, non est cur illì etiàm imputari non possit inutilitas tot sacrilegiorum, quæ committuntur à reis.

Sed ex hoc oritur excusari Iudicem propter legem, non Principem.

148. In terminis autèm Judicis loquitur D. Thomas allatus in §. *Verum sub num.* 32. Non verò excusat Principem, qui re discussa, excusari non potest propter publicā utilitatem, quam intendit, & finem eruendæ veritatis ad punienda delicta, quià iterùm negamus obtineri posse hanc publi-

cam

cam utilitatem, & erui hoc medio veritatem à reis, quo casu ordinatio ad hos fines consequendos prudens esse non potest, dixi tamèn *re discussa*, quià certum est, tot Principes, summosque Pontifices, qui hujusmodi consuetudinem tolerarunt, virtute, & sanctitate eximios reos non posse dici perjuriorum, quià cum in fide legis prudentèr presumpserint delationem Juramenti non esse malam, aderat in illis rationabilis finis illam permittendi, non obstantibus perjuriis, quæ illis facilè poterant innotescere.

149. Contendit nunc auctor ℣. *sextum num.* 33. excusare malitiam sacrilegii reorum, vel saltèm diminuere ejus gravitatem, dicendo quod excusari fortasse possunt à gravitate pœnæ commensuratæ malitiæ perjurii per id, quod docent aliqui DD. posse illos dissimulare veritatem per equivocationem; quæ non includat restrictionem mentalem; Sed Corruit omninò ista excusatio, præterquamquod enim ostendemus infra *sect.* 3. ℣. *secunda autem via*; hujusmodi equivocationes, seu amphibologias (quidquid sit speculative) in praxi tamen per accidens inutiles esse in Judiciis ad salvanda mendacia in toto examine, certum est saltem quod rei, cum sint ut plurimum rudes, & illitterati, sunt etiam incapaces harum amphibologiarum, & præcipuè cognoscendi illas, quæ separantur are strictione mentali damnata per Innocentium XI. ab illis, quæ illam involuunt, & de facto quicquid facere possint, illas non adhibent.

Vsu amphibologiarum excusari non potest malitia sacrilegii reorum.

Quia ope ipsarum sunt inevitabilia omnia mendacia in Iudiciis.

Nec de facto evitantur à reis earũ ut plurimum incapacibus.

150. Absque eo quod valeat replicatio quod hæc eadem rusticitas, & ignorantia salvare illos possit, ex quo credere invincibiliter valeant sibi licere pejerare in discrimine vitæ; cum in hujus farinæ personis admittatur etiam aliquando ignorantia invincibilis Juris Divini, *ad textum in Can. fin.* 22. *quæst.* 4. vel quod illis prodesse debeat turbatio mentis metu mortis, quæ distinguere illis non sinat perjurii gravitatem, & tollat perfectum voluntarium, sinè quo non datur peccatum; juxtà *D. Thomam* 1. 2. *quæst.* 71. *art.* 5. *corpore*.

Nec hæc ignorantia suadere illis potest, se posse peierare.

151. Quià quicquid sit utrùm hi casu contingere possint, quod non impugnamus, sufficit nobis, quod ut plurimũ non contingant, & sint rarissimi, hoc autèm comprobatur

Digitized by Google

Vel saltem de facto non illis suadeat, ut probatur experientia.

batur experientia, & testimonio plurium confessorum, & aliquorum signantèr Soc. Jesu, qui in carceribus Sacramenta ministrant, & quotidiè clamant contrà hanc consuetudinem, ut Eminentissimi Patres non ignorant, quam certè non improbarent, si cognoscerent, reos ex dictis, causis, ut plurimum non peccare.

Defenditur à Domino Advocato contra Anonimum distinctio Divi Thomę ad evitandam vim Canonū ex Augustino.

152. *A §. septimum num.* 34. *usque ad* 42. Conatur D. Advocatus respondere auctoritati D. Augustini vetantis recipi Juramentum à moralitèr pejeraturis, & refutat responsionem, quam dat Anonimus ad distinctionem D. Thomæ ipsi in contrarium adductam; dicitque quod S. Bernardus exadverso allatus *lib.* 2. *de considerat. cap.* 2. in comprobationem *quod nihil potest excipi ubi nihil distinguitur*; non potest intelligi, nisi quando sensus Doctoris generaliter loquentis non patitur distinctionem non verò ubi per alia verba ejusdem cognoscitur, quod illam admittit, & ità redarguendum non esse Angelicum distinguentem quia ex aliis verbis August, quæ afferuntur clarè constat intelligere voluisse de privatis hominibus, non verò de Judicibus, ut ità etiàm explicaverunt *DD. Bonaventura & Antoninus*; refutatque deindè subdistinctionem Natalis ab Alexandro intèr causas Civiles, & Criminales, tum ex quo D. Tomas indistinctè loquatur; tùm quià hæc subdistinctio repugnat Apostolo *ad Hæbreos* 6. dicenti, *quod omnis controversiæ finis ad confirmationem est Juramentum*, ubi inquit Cornelius à lapide, Apostolum *docere* quod ostendit non solum permissam fuisse in omnibus causis tàm civilibus, quàm criminalibus, sed demandatam expressè delationem Juramenti, confirmatam deindè clariùs pro causis Criminalibus in sacris litteris *Exodi* 22. & *Deut.* 21. & Textibus Sac. Canonum *in cap. ex litteris de Jure Juran. & toto titulo de purgatione Canonica, & cap. cum Dilecti de accusationibus*; tùm denique quia si Juramentum datur in Civilibus, ubi confessio ita necessaria non est ac in Criminalibus, & ubi confitentes tantum præjudicium non reportant à sua confessione, profectò à majoritate rationis dandum erit in Criminalibus ubi confessio rei est ferè semper necessaria ad pœnam ordinariam illi infligendam, & difficiliùs sperari potest, cum agatur de majori, imò maximo damno evitando.

Et refutatur subdistinctio Natalis ab Alessandro.

Propter rationes quæ afferuntur.

Ve-

Digitized by Google

153. Verumtamèn quæcumque fuerit intentio Anonimi, quem non putarem voluisse apertè contradicere D.Thomæ, sed potiùs illum explicare; certum est nobis non officere distinctionem S. Doctoris, qua limitat doctrinam Augustini, quià ut pluribi vidimus distinctio versatur intèr privatum, & Judicem, non verò eximit à verbis D. Augustini Principem; dicit enim Angelicus, quod Judex potest deferre Juramentum moraliter pejeraturo, quià habet justam causam sequendi ordinem Juris, & tunc videtur potiùs pars exigere, quàm ipse; hoc autèm non procedit in Principe, qui cùm legibus sit solutus, non tenetur illud prò parte exigere juxtà ordiem Juris, adeoque ex hoc capite adimplendæ legis (quæ est causa potissima distinctionis D. Thomæ, ad quam cætera refert, quia alioquin preciso ordine Juris, pars, non posset transferre in Judicem jus exigendi Juramentum à moraliter pejeraturo, quam ipsa ut persona merè privata justà eumdem Angelicum non haberet) vim non amittit auctoritas Augustini, ad afficiendum principem, & ita opus non habemus sub distinctione Natalis ab Alexandro ad conservandam efficaciam verborum canonum prò casu nostro, quæ tamèn subdistinstio Natalis, si referenda non esset, tòta ratio distinctionis D. Thomæ ad ordinem Juris à Judice omninò sequendum, sed æquè principalitèr ad id, quod Judex exigat Juramentum pro parte utique etiàm benè procederet non obstantibus oppositionibus D. Advocati saltèm ad ostendendum, quod auctoritas S. Doctoris non potest in Criminalibus allegari prò nostra consuetudine, quæ semper, & indistinctè jubet deferri Juramentum, fundaretur enim in ejusdemmet Verbis, si enim S. Doctor vult ideò licitè exigi Juramentum à Judice, quià exigens Juridicè prò parte, videtur potius pars exigere quàm ipse, sequitur quòd ubi deficient partes, non poterit licitè exigere Juramentum, atqui in criminalibus persepè non adsunt partes, ad quarum instantiam procedatur, sed Judex procedit ex officio; ergò in criminalibus licitum sepè non est exigere Juramentum; sed D. Thomas dixit Generaliter, & indistinctè, licitum hoc esse in Judiciis; ergò auctoritas D. Thomæ non potest adduci prò nostra praxi in Judiciis Criminalibus ubi Juramentum

Sed nos non contradicimus distinctioni Angelici, quia non tollit vim Canonum quoad Principem.

Subdistinctio autem Natalis videri potest aliquibus fundata in verbis S.Doctoris.

tum

tum semper tribuitur, sivè ex officio procedatur, sivè ad Instantiam partis.

154. Hujusmodi autèm ratiocinatio visa est adeò subsistens nonnullis ex DD. allatis per D. Aduocatum §. *quoniam num. 55.* ut crediderint ex D. Thoma non posse deferi Juramentum in Criminalibus nisi ad Instantiam partis non verò cum proceditur ex officio. Ut etiam ipse aduerit §. *& licet num. 56.* Quod si Sanchez, & alii contrarium sentiunt est quia credunt totam rationem D. Thomæ vim sumere ab ordine Juris; qui facit, & quod pars possit licitè instare, & quod Judex ad illius Instantiam possit exigere Juramentum quique ordo Juris invenitur etiàm in Criminalibus stante consuetudine; Cæterum prescindendo à præscripto Juris auctoritas Angelici non eximit Juramentum tribuendum à Judice in Criminalibus à censura Canonum, & Augustini; sicuti lege etiam considerata, non eximuntur ab eadem censura Principes illud permittentes, qui legibus non ligantur.

Vt comprobatur.

155. Tria autèm quæ opponuntur à Domino Advocato non officiunt subdistinctioni Natalis; quoad primum enim si potest interpretari Augustinus *indistinstè loquens*, quod intellexerit prohiberi Juramentũ personæ privatæ, non Judici, poterit professò etiàm explicari D. Thomas, qui loquitur eodem pactò genericè, & dici, quod ejus intentio fuit faverè delationi Juramenti in Civilibus non autèm in Criminalibus præcipuè accedente ratione fundata, ut visum est in ipsius verbis; quoad secundum manifestè demonstratur Apostolum *ad Romanos 6.* locutum non fuisse de controversiis causarum Criminalium, ubi non deficiunt vel sperari possunt probationes; finis enim ipsarum ad confirmationem non est Juramentum; cum hoc delato non ideò credatur Innocens inquisitus, sed deveniatur ad ulteriorem inquisitionèm veritatis; ideò admisso etiam *cum Cornelio à lapide* quod Apostolus ibi docuerit, non docuit tamèn hoc Juramentum de veritate dicenda casus nostri in Criminalibus esse deferendum, sed ad summum Purgativum quod datur ubi deficiunt probationes, & ita intelligit hunc locum Apost *Abulens in cap. 5. Matthei quæst. 298.* cujus Verba afferuntur *à P. Porterio in sua disertatione Theol. de licito usu amphibolog. &c.* nu-

Tria autem opposita huic subdistinctioni non officiunt.

Vt ostenditur.

nuper edita *in conclusione §. 2. articuli 3.* Quoad vero tertium licèt verum sit, ut dictum est suprà, majorem adesse necessitatem habendi in Criminalibus media apta ad eliciendas Confesiones à reis, quàm in Civilibus, non ideò magis necessarium est Juramentum, cum ex malitia hominum sit jàm omninò ineptum adhunc finem veritatis assequendæ, ut ex auctoritate DD. testantium de propria experientia, & ex rationibus pluribi adductis ostensum est suprà.

156. Auctoritas *P. Jo: de Avila*, cui respondetur *in §. nono sub num.* 42. non potest evincere ut pretendit auctor tollendum quoque esse Juramentum in causis civilibus quià licèt justè declamet contra perjuria, quæ etiàm in Civilibus aliquando sequuntur non tamèn experientia nobis constat, nec ratio suadet homines pro tam levi commodo reportando, ut plurimum pejerare; si autem constaret esse fere semper inutile ad consequendum suum finem, nullum esset inconveniens, quod non ostantibus legibus abrogaretur à Principe; exageratio autèm malitiæ Juramenti quæ fit *per d. P. Avila* non solùm debet refrenare inquisitum ad pejerandum, ut dicit auctor, sed etiam principem ad non permittendum perjurium, ubi non adsit justa, & prudens causa prrmissionis, prout non adesse probavimus in casu nostro. **Vindicatur auctoritas P. de Avila adducta ab Anonimo.**

157. Pergit auctor *sub num.* 43. impugnare decimum Argumentum Anonimi innixum in eo quod multi Theologi doceant, debere Judicem sequi consuetudinem deferendi Juramentum nemo autem neget Principem consultò facturum, si eam abroget, nullusque ut laudabilem commendet, & ait quod cum malum sit sempèr evitandum censendi sunt non existimasse malam hanc praxìm DD. omnes, qui eam sequendam consulverunt, ac proindè nec existimare potuisse consultò facturum Principem, si abroget, quare omnes implicitè dixerunt Principem bene se gerere illam permittendo licet explicitè hoc non dixerint, quia non cogitaverunt movendam esse hanc questionem, contrarium autem asserere esset redarguere Ecclesiam, quod hactenùs negligens fuerit in tuenda Dei gloria, & salute Animarum. **Obiicitur, Doctores dicentes nostram praxim sequendam a iudice censendos esse non existimasse malam in se ipsa.**

158. At pace D. Advocati, quod Theologi doceant, hanc consue-

Respondetur hoc solùm arguere, quod non existimaverint evidenter malam.

suetudinē esse à Judicibus sequendam hoc solùm arguit, ejus malitiam non exire fines probabilitatis pertingendo ad evidentiam, non autem, quod summè probabiliter mala non sit, ad hoc enim ut privati DD. suadere possint abstinentiam ab aliquo opere, quod lege cavetur, non sufficit probabilitas malitiæ, quę relinquit aliquod dubium sed requiritur certitudo, vel per id, quod rationes contram legem sint evidentes vel per id, quod universalitèr ab omnibus lex dicatur amplius non obligare. Ut Colligitus ex *S. Th. 1. 2. quæst. 96. art. 6. ad 2. & quæst. 97. art. 2. corpore Laym. cap. 20. tract. 4. de legib. num. 5.* aliàs daretur facilè ansa subditis sub hoc specioso prætextu malitiæ probabilis legis non obediendi præceptis legitimorum superiorū, in multis enim illorum cum vix inveniatur inter homines aliquid, quod non sit disputabile Deus enim mundū tradidit disputationi eorum ut dicitur Ecclesiast. cap. 3. facilè apparere posset hæc probabilitas, malitiæ favens libertati, cui natura semper inclinat, adeòque potuerunt Theologi judicio directo ex ratione desumpto pensatis omnibus judicare delationem Juramenti esse malam in nostris circumstantiis ex objecto, & tamen Judicio reflexo super non evidentia malitiæ & auctoritate legis, quæ in quocumque minimo dubio semper debet præponderare juxta allatos DD. esse omninò sequendam à Judice; quamobrèm redarguendi non sunt Theologi, ex quo judicaverint malam, & tamèn dixerint sequendam, sicuti nec Principes Ecclesiastici, qui eodem Judicio reflexo super legem, & materia non examinata bonam meritò crediderunt; firma igitur stat in suo robore auctoritas DD. suadentium Principi abolitionem Juramenti quæ cùm à nulla alia contraria (quavis de causa hoc sit) obumbretur, magnum profectò meretur ponderis obtinere.

Quo casu ex sola malitia probabili consulere nō possunt inobedientiā legi.

Et ita judicio reflexo super ipsa lege non reprobant delationem Juramēti, quamvis illā non approbent Iudicio directo in se ipsa.

Defenditur undecima ratio Anonimi deducta ex inutilitate amphibologiarum ad excusanda, vel minuenda perjuria.

159. Undecima ratio Anonimi, quæ impugnatur ab auctore, non est minoris relevantiæ quia cum cautelæ æquivocationum excogitatæ ad salvanda perjuria sint planè inutiles, & ideò sint sacrilegia moraliter inevitabilia, ut videbimus infrà, nec malitiam periurii adeò minuere possit turbatio mentis in reis ob timorem mortis, ejusque vitandæ desiderium, ut non sit etiàm gravissimum sacrilegium, quod ab ipsis committitur, cum ut dictum est confessorum testimo-

Digitized by Google

ſtimonio & experientia conſtet, reos verè peccare, & ideò hanc turbationem non tollere perfectum voluntarium; eſt profectò dignum providentia paterna Principis tollere occaſionem tot peccatorum, que licet aliquantulum minus gravia forent ob arduiſſimas circumſtantias, in quibus committuntur; non deſinunt tamèn eſſe mortifera, & maxima, eternoque ſupplicio punienda;

Non ſubſiſtente, quod non poſſit imputari Principi permiſſio periuriorum.

160. Nullo modo ſubſiſtente, nec relevante quod dicit hic auctor Principes permittentes perjurium, non participare malitiam rei pejerantis, & alias non ſatis per hoc conſuli periculo peccatorum, quod equè remaneret ex precepto fatendi veritatem ſublato etiam Juramento quià ſuprà oſtenſum eſt malitiam peccati poſſe imputari *re diſcuſſa* etiam permittenti, quandò permittens, ut Princeps in caſu noſtro non habet juſtum, & prudentem finem permiſſionis, ex quo hic finis univerſaliter non obtineatur, nec moraliter valeat obtineri.

Re enim diſcuſſa non poſſunt permitti peccata, niſi ex iuſto fine, qui deeſt in caſu noſtro.

161. Sed etiàm dato, quod illi imputari non poſſent perjuria, & in conſuetudine Juramenti non poſſet conſiderari malitia, adhuc ex equitate ſaltèm, & convenientia tollenda eſſet à principe hæc praxis, quæ eſt honori Divino, & ſaluti animarum damnoſa ſinè ulla Reipublicæ utilitate, cùm aliundè viſum fuerit punitionem delictorum, quæ per ipſam Univerſaliter haberi non poteſt aliis mediis efficacitèr obtineri; Per hoc autem quod imputari poſſe dixerimus Principi permittenti, iuramentum peccatum perjurii, non ideò æquè adſcribi illi poterit permittenti interrogationem rei peccatum mendacii, quod eſt etiàm moraliter impoſſibile ab ipſo evitari, quia non poteſt Princeps præcipere, quod tollantur in Judicio interrogationes, ex quibus mendacium profluit, ex hoc enim oriretur maximum prejudicium tum ipſi reo, tum rectæ Juſtitiæ adminiſtrationi ut videre eſt ſuperiùs *ſect.* 1. ¶. *Verum jam diximus*.

Sed licet etiam malitia huius praxis imputanda non eſſet Principi adhuc tollenda eſſet ut læſiva honoris Dei.

162. Quoad ¶. *Duodecimum num*. 45. quicquid ſit de paritate allata per Annonimum intèr torturam, quæ corpori inferri non poteſt, cum ſubeſt periculum mortis, & torturam ſpiritualem, quæ videtur exindè inferri nec etiàm debere, cum adeſt periculum proximum mortis animæ, cujus meum non eſt aſſumere defenſionem, præcipuè

Datur diſcrimen, cur non poſſint imputari Principi mendacia reorum, poſſint autem periuria.

cipuè cum audiverim ipsum proprio calamo hanc commisisse, hoc unum certe asserere mihi posse videtur, quod qui exponit alium proximo, & inevitabili periculo mortis spiritualis sinè ullo rationali,& prudenti fine, dat etiàm operam rei illicitæ, & sevitiei notam evadere non potest, sivè dici debeat causa illius, sivè non; & ita quicquid sit de Judice non posse excusari Principem, qui experientia, ratione, & gravissimorum doctorum auctoritate edoctus, non divinat, ut loquitur auctor, sed probabilissimè scit, reos metu Juramenti non dicturos esse veritatem.

Dat enim operam rei illicitæ, qui exponit proximum magnu periculo mortis spiritualis sine ullo fine.

163. Quod autèm tollere hanc praxim Juramenti sit Juri Divino, & naturali consentaneum, non eliditur ab auctore per id, quod respondet *in §. Ex his num.*46. nempè quod iamdiù fuisset abolenda consuetudo, nec permitenda ejus Introductio, & tamdiù Theologi non distulissent præbere hoc consilium, aut Ecclesia neglexisset per ejus abrogationem prospicere saluti Animarum; cum enim ut ait Jus Divinum,& naturale immutabile sit & longè præcedens omnem consuetudinem; sempèr illa debuit esse mala, si ipsi fuit dissona.

Defenditur quod tollere nostram praxim esset Iuri Divino, & naturali consentaneũ.

Nec obstat quod cum Ius Divinum immutabile sit, semper illa debuisset dici mala.

164. Quandoquidèm satis colligitur ex pluribi dictis consuetudinem hanc nullo Juri, nec Divino nec naturali unquàm repugnasse nisi in Circumstantiis in quibus homines sacramento abutantur, quæ cum non adessent à principio consuetudinis, non poterat illa tunc dici his Juribus contraria, & ideò obstandum non erat ejus introductioni, quod si tractu temporis mala evenit, hoc non est imputandum mutabilitati Juris naturalis, & Divini sed mutabilitati circumstantiarum, in aliquibus quarum utrumque hoc jus sempèr immutabiliter approbat Juramentum, in aliis verò contrariis, semper illi repugnat sicuti ex hoc quod Deus præceperit ceremonias veteris testamenti & post adventum Christi Domini voluerit illas abrogar. argui non potest juxta communem sensum Theologorum post *D. Thom.*1. *parte quæst.*19. *art.* 7. *ad* 3. *& per tot.* mutabilitas, aut mutatio in Deo, sed solummodò quod voluerit mutationem, quia ab æterno Deus semper voluit dictas ceremonias ante Christum ad significandum ejus adventum, sempèrque etiam illas noluit

Quia semper fuit huic Iuri conformis si homines non abutantur, difformis verò supposito abusu.

Et ita potuit mutari eius Bonitas non mutato Iure Divino ut probatur exemplo.

post

post Evangelium divulgatum, tunc enim figura debuit cedere figurato, ut ait idem Angelicus 1. 2. *quaest.* 103. *art.* 4. nec iterum dicimus adscribendum est culpæ Principum, quod tamdiù neglexerint hanc praxim abrogare postquàm evenit mala proptèr pluries dictam rationem legis re non examinata bonæ præsumendæ, non obstantibus exclamationibus Theologorum, & Juristarum, ex quibus non desunt qui pluribus ab hinc seculis clamarè ceperunt, *ut Bald de anno* 1400. *Socin.* 1570. *Clar.* 1614. *Gomez.* 1630. *Ant. Gail.* 1610. *Valer.* 1645. *& alii*.

165. In principio *art.* 3. nititur auctor impugnare aliam assertionem Anonimi, quam etiam nos posuimus, scilicèt quod nullus Canonum, nullaque lex Civilis præcipiat delationem Juramenti abstinentibus legislatoribus à condendis legibus ob perjurii periculum, ut monet *scaccia de Judiciis lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 9.

166. Sed corruunt fundamenta ejus assumpti, quià quoad Scripturam Sacram, quam affert satis ostensum fuit hanc nullibi præcipere, vel approbare Juramentum in nostris terminis, quoad auctoritatem verò consuetudinis iterum dicimus, hanc maximam quidem esse ad refrenandos Judices à ponendis contrariis actibus non vero ad suadendam bonitatem rei præceptæ ad differentiam legis scriptæ, quod utrumque præstat, Verba paritèr *Apostoli ad Hæbræos* 6. vidimus hic supra §. *tria autem* non aplicari cum non loquantur de Iuramento veritatis dicendæ casus nostri sicuti, nec *textus in Canone quamvis* 22. *quaest.* 1. qui exemplo Sac. Litterarum non prohibet recipere Iuramentum in genere, sed non dicit esse recipiendum à reis; de causis quoque Civilibus seu civiliter intentatis loquitur *text. in cap. ex litteris de Jurjur.* ut suprà memoravimus; nec *in cap. & si Christus eodem titulo* legitur unquam permissio approbativa eruendi hoc medio veritatem à reis.

Vindicatur assertia Anonimi, quod nulla auctoritas legum adduci possit prò nostra consuetudine.

167. Nec valet dicere quod si leges humanæ ideò abstinuissent à præcipiendo nostro Iuramento, quià malum esset stante periculo perjurii, reperiretur etiam expressè prohibitum, ut vetitum fuit *in cap. Clericos de cohabit Clericorum, & mul.* deferri Clericis concubinariis illud abstinendi ab earum concubinis & illud de nuptiis non

Quod comprobat Legis-latores abstinuisse ab ea lege firmanda, quia malam crediderint quantumvis prætendatur expressè non prohibuisse.

repe-

Digitized by Google

repetendis *in leg. 1. §. quorum C. de Indict. viduit. tollen.* ex qua omissione prohibitionis arguenda potiùs sit approbatio legislatorum.

Quia omisso quod verè prohibita fuit.

168. Nàm omisso, quod plures Canones allati in nostro discursu vel deductivè, vel expresè prohibent exactionem Iuramenti à criminosis, vilibusque moraliter pejeraturis, ut signantèr videre est in toto titulo *de purg. Can.*, & Canon: ab Augustino desumptis, qui ut ostendimus ex distinctione D. Thomæ, quamvis non afficiant Iudicem, non desinunt tamen includere Principem omisso hoc inquam, si semper valeret hæc ratiocinatio Domini Advocati quod ab expressâ prohibitione aliquarum rerum, quas Canones noluerunt, censeantur positive approbasse quod explicitè non reperitur in illis prohibitum, probaret hoc etiam, quod multæ malæ consuetudines, quæ diù invaluerunt, nec fuerunt expresè vetitæ, bonæ dici debuerint, & approbatæ, & ità purgationes vulgares per ferrum candens ferventes aquas, & similia bonæ dici debuissent, & à Pontificibus antecessoribus *Honorii 3. & Silvestri 2.* qui illas damnaverunt approbatæ, & sic de innumeris aliis malis consuetudinibus, prò quibus militaret hoc argumentum, *quod noluerunt legislatores, expressè prohibuerunt; ergo cum has non prohibuerint, approbarunt*, per quod patet, hunc discursum non valere, nisi in iis, quæ constat fuisse ab ipsis discussa, & examinata, quia tunc certum est, quod illa prohibuissent, si non approbassent; At in iis, quæ non constat fuisse considerata, non militat eadem ratio; quia abstinentia à prohibitione potest procedere à non discussione materiæ, & ita in casu nostro legislatores in initio consuetudinis, quæ adhuc bona erat, abstinuerunt quidem à condenda desuper lege, quià considerabant perjuria citò moraliter sequtura, non verò condiderunt legem contrariam, quia abusus illi previsi adhuc non irrepserant, & delatio Iuramenti tunc erat bona, modernioribus verò temporibus, in quibus viguit malitia, nobis non constat, meritum hujus consuetudinis ex professo ventilatum fuisse, & ideo non fuit expresè prohibita.

Non potest deindè dici approbatũ omne id, quod non reperitur prohibitum.

Quia sequerentur absurda.

Et hoc verum non est, nisi constet rem fuisse discussam, quod non constat in casu nostro.

Defenditur auctoritas allata scacciæ.

169. Auctoritas *Scacciæ* superius allata non potest elidi per hoc quod casus quem affert sit diversus, quia ejus ratio,

quæ

quæ attendenda est, militat etiàm in nostris terminis, ut consideranti patebit.

170. Ad auctoritatem *Cornelii à lapide* facilè respondetur, quod negare omnia Iuramenta licita esse in Iudiciis, esset quidem error Valdensium,&,Anabaptistarum, sed damnare usum deferendi illud solùm ex illis, quod ansam præbet innumeris Dei offensionibus est pietas fidelium tuentium honorem Dei. Et respondetur illi cornelii à lapide, quoad errorem valdentiũ,& Anabaptistarum.

171. Leges civiles, quæ afferuntur *sub num.* 45. non approbant, nec præcipiunt Juramentum de veritate dicenda, sed tantummodò dicunt, quid juris esse debeat, si Juramentum delatum fuerit, per quod etsi sermo esset de Juramento casus nostri solùm argui posset scientia in legislatoribus quod ex consuetudine tribuatur non verò approbatio; verumtamen de Juramento potiùs suppletivo, vel purgativo videntur agere allatæ leges, cum ibi dicatur *quod si quis juraverit non deliquisse, non erit notatus*, & in alia *quod qui juraverit furtum non fecisse, non tenetur de furto*, quæ privilegia non conveniunt nostro Juramento de veritate dicenda cui nullo modo statur, sed non obstante Juramento condemnatur sæpè reus pro suis delictis in extraordinariam, vel saltèm juxtà qualitatem inditiorum proceditur ad rigidiorem veritatis indagationem. Ostenditur, leges Civiles adductas non præcipere Iuramentũ nostrum sed loqui potius de suppletivo aut purgativo.

172. Ad §. *exindeque*, jam fuit abundè responsum in superiori §. *nam omisso* undè opus non est jam dicta repetere.

173. Veniendo igitur *ad* §. *Tertio num.* 51 ab hoc usque *ad* 54. contra Annonimum dicentem, neminem ex auctoribus appellare hanc consuetudinem laudabilem; plures verò profiteri quod illis displicet, & expediens esset abrogari à Principe, asserit auctor, quod si certandum esset auctoribus; res esset in tuto, longè enim majores suppetunt DD. approbantes, & suadentes licitam delationem Juramenti quam improbantes, quod si abusus esset corruptela ut prætenditur repetit quod tot Theologi pro ea non starent, ut faciunt cum Gomez pauci alii allati, qui non sunt attendendi in concursu tot Doctorum contrariorum, quibus non arrisit eorum opinio, sicuti non arrisisse est dicenda principibus, quorum verisimile non est eorum exclamationes ignorasse, nec credibile quod non demandaverint examinare hanc questionem utrum expediat tolli Consuetudinem Juramenti. Ue- Elidi prætenditur auctoritas nostrorũ DD. allegatione longè plurium contrariorum.

Digitized by Google

174. Uerùm his minimè obstantibus magni est habenda auctoritas horum DD. licet dicantur pauci,quia non subsistit in facto quod Communior, & receptior sententia illis adversetur non enim impugnant, quod communis Theologorum asserit, nec communis Theologorum negat, quod illi dicunt; DD. enim omnes ex adversò allegabiles sentiunt *cum S. Thoma* praxim Juramenti esse sequendam à Judice secundum quod exigit ordo Iuris, nihil tamen loquntur de conuenientia,quod permittatur à Principe, *Gomez* autem *Lessius*, & alii allati non impugnant, Iuramentum esse deferendum, donec viget consuetudo, quæ habet vim legis, sed solummodo suadent Principi abolitionem hujus consuetudinis stat enim bene simul quod Judicio directo diximus super malitia ejus accidentali quæ apparet summè probabilis, insinuetur Principi abolitio, & judicio reflexo super legem, quæ summum ponderis addit praxi non evidenter malæ, dicatur esse à Iudicibus continuanda, & ideò benè potuit etiam communis Theologorum esse ejusdem opinionis cum nostris, licèt suaserit Iudici conformationem cum consuetudine, & nihil consulerit Principi, de quo tunc non agebat.

Sed ostenditur has auctoritates non esse contrarias.

Nostre enim non afficiunt Iudicem sed solumPrincipē contrariæ autem excusant pariter Iudicem, sed non absoluunt Principem.

175. Nec urget verisimilitudo quod Principes demandaverint discussionem hujus quæstionis excitati à clamore nostrorum DD. quià veritas est in contrarium, non enim probari potest à D. Advocato fuisse unquam actum ex professo de hac re in Romana Curia,nec ostendi ulla resolutio alicujus Congregationis vel Tribunalis, aut alia cujusvis generis acta, quæ id valeant comprobare, quæ utique si ad fuissent in libris & Archiviis, invenirentur, Nec hanc quæstionem examinare ullo modo necessarium visum fuit, non obstantibus his DD. clamantibus quia credebant Principes in tuto versari, dum permittebant praxim, quæ non obstantibus periuriis, quæ ex ipsa sequebantur habebat præsumptionem bonitatis à lege.

Non constat unquàm Romæ fuisse discussam nostrā quæstionem.

Quia opus non erat.

176. Descendit auctor *in §. superfluum usque ed §. Quoniam n.55.* respondere auctoritatibus singulorum DD. allatorum, sed omnes invenientur approbasse juxtà superius à nobis dicta continuationem in Iudice, non verò permissionem in Principe.

Doctores illam approbantes loquuntur de Iudice non de Principe ut dictum est.

Cla-

Digitized by Google

177. Clarus enim dicit, Consuetudinem sibi non placere, sed tamen ab ea non esse recedendum, quod est idem, ac si diceret, quod eam tolleret, si posset, aut Princeps esset, quamvis servaturus illam fuerit in Iudicando ipse judex posito quod inveniatur introducta exemplo senatus mediolanen; quem testatur ita fecisse. Hoc importanr verba iulii clari.

178. Gomez expressè profitetur quod consuleret Imperatori ut publica lege prohiberet Juramentum ubi agitur ad pænam sanguinis, licèt interim manente lege licitè & justè petatur, quod nescio quomodo uideri possit D. Advocato diversum à suasione ferendæ legis super abrogatione nostræ Consuetudinis saltem in causis capitalibus; De aliis vero non capitalibus licet allatus D. non loquatur verisimile tamen est idem sensisse cum militet eadem ratio periurii moraliter inevitabilis, ex qua ipse movetur; constat enim experientia, & DD. asserunt parvam esse differentiam inter pænam mortis, aliasque inferiores valde afflictivas, ut triremium perpetuarum, carcerum, & similium quoad difficultatem evitandi periurium, & ita ob hanc solam rationem, qui tenent, reum non obligari ad fatendam cum agitur de pæna sanguinis, si sit spes evadendi, docent etiam excusari ab eadem obligatione confessionis in aliis penis corporis valdè afflictivis *De lugo ton. 2. de just. disc. 40. sett. 1. num. 15. Tambur explic. Decal. lib. 3. cap. 4. ʒ. tot. num. 9.* Gomez consulvit Principi abolitionem in capitalibus. Nec diversimode sentit, aut sentire potest in aliis cum militet eadem ratio.

179. *Lessius* dicit explicitè *lib. 2. cap. 31. dub. 3. num. 20.* expedire ut tollatur per Principem non Juramentum Calumniæ, ut prætendit d. Advocatus, sed illud de veritate dicenda, quod videtur approbari à lege, quæ jubet deferri d. Juramentum calumniæ; clarè autem hoc constat dupplici demonstratione primo quia suadet abrogari Juramentum de veritate dicenda; quod infrà subdit ʒ. *Respondeo 2.* non importari per Iuramentum calumniæ; secundo quia consulit abolitionem Iuramenti; quod defertur in Criminalibus Iuramentum autèm calumniæ in his Iudiciis ex consuetudine a Reo non exigitur, quod si fatetur alibi licitum esse hanc praxim servare, hoc dicit de Iudice, qui habet justam causam sequendi prescriptum Iuris obligàntis adhibere hoc medium inventum ad eliciendam veritatem; ne ex hujusmodi omissione detur oc- Lessius profitetur expedire tolli pot Pincipem. Et hoc dicit non de Iuramento calumniæ ut ait D. Advocatus, sed de nostro veritatis dicendæ.

Digitized by Google

Et alibi ubi dicit licere loquitur quoad Iudicem.

casio scandali; hæ autem justæ causæ excusantes Iudicem non concurrunt in Principe, qui legibus est solutus.

180. Ita pariter inquit *delBene*; Quod si ceteri auctores agentes tantummodò de quæstione utrum liceat Iudici deferre Iuramentum in Criminalibus dissimulaverunt suadere Principi abrogationem legis; hoc non probat, illos fuisse contrariæ sententiæ; omnes enim non tenentur divagari extrà quæstionem ad proferendas suas opiniones circa res quæ licet obuiæ sint, non sunt tamen eorum præsentis indaginis, sufficit autem nobis quod illi, nostræ sententiæ non adversentur, alii verò per nos adducti nobis expresè faveant.

Concordat Del-Bene.

Alii nihil dicentes de Peincipe, nobis non adversantur.

181. *Gail* licèt agat de Iuramento calumniæ tollendo, ejus tamèn rō affirmativa probat etiam contram nostrum de veritate dicenda, dicit enim hoc fieri posse ob contemptum Iuramenti quod apud homines *ne obulo quidem æstimatur* ut monet *Bald in l. si post perfectum num.* 1. *de eviction.* non subsistente disparitate per D. Advocatum allata hic *in* §. *Gail* Iuris Divini præcipientis Iuramentum casus nostri, quia suprà vidimus hoc jure non præcipi.

Ratio, qua Gail non laudat Iuramentum calumniæ militat etiam contra Nostrum.

182. *Scaccia* licet afferat plures DD.adversantes licitæ abrogationi Iuramenti calumniæ per consuetudinem non dissentit tamèn à sententia *Gail*.

Scaccia non dissentit à Gail.

183. Nec potest retorqueri *Barbosa in cap. Clericos* quià omisso quod textus ipse rationem exprimit, & quidem unicam perjurii evitandi proptèr quam inducitur ad prohibitionem faciendam, quo casu vanum est alias excogitare; Barbosa deinde dicit tantum non curandum esse perjurium quando est necessariū Juramentum & remedia equivalentia non adsunt ad finem legis obtinendum, quod utique nobis favet, cum enim ostenderimus necessarium non esse Juramentum nostrum, quia etiam ipso delato ferè numquam ex vi ipsius obtinetur veritas, quæ est finis legis, & ex alia parte non desint remedia plusquam equivalentia ad punitionem rei promovendam scilicet examina testium, torturæ & hujusmodi similia afflictiva ut advertit *Tamburin.* supra relatus §. *adde quod & alibi* inferendum est nos esse in precisis terminis *cap. Clericos*, in quibus fatetur ultrò idem doctor esse abstinendum à Juramento.

Barbosa non potest retorqueri, ut prætenditur.

Fari-

Digitized by Google

184. *Farinac.* licet nobis expressè non faveat nec nos attulerimus, non est tamen contrarius immò refert plures auctores, quibus hæc consuetudo displicet, & licet afferat Adrianum Papam contrarium sentientem, adhuc non determinatur ab hac auctoritate, & meritò, quia cũ Adrianus loquatur de hac materia, ut privatus Theologus Quem allegat D. pauperum Advocatus in suo er u ditissimo discursu super nostra controversia nuper edito & D. Raynaldus in sua suppletione ad hanc eamdem materia *quod lib.* 3. *quæst.* 3. *fol.* 58. *tergo* manifestum est deficere ejus auctoritati assertã in eluctabilẽ præponderantiam Pontificiæ auctoritatis; preterquamquod Adrianus non potest dici contrarius nostræ opinioni, quia non dicit Principem male acturum, si consuetudinem abroget, sed solummodò Judicem si illam non sequatur. Farinac. non adversatur. Et Adrianus Papa quem refert contrarium, loquitur ut privatus Doctor. Absque eo quod verè non est contrarius.

185. Doctores, qui enumerantur *in §. Quoniam num.* 55. iterum diximus non facere, ut prætendit hic auctor, magis communem sententiam nobis contrariam, loquuntur enim ut dictum est de obligatione Judicis sequendæ Consuetudinis, non de debito Principis continuandæ ejus permissionis, nec aliter sonant verba illa *Baldi in lege in omnibus num.* 8. *cap. de Iur. Iur. propter calumniam*, quæ afferuntur ut percurrenti compertum erit. Et ideò non subsistit magis communem opinionẽ nobis adversari sicuti non adversantur verba obiecta Baldi.

186. Obligationem autẽ Judicis admittimus facilè cum *Sanchez* perauctorem allato *num.* 56. sivè Judex procedat ad instantiam partis, sivè ex officio ut diximus supra non quidem quia Juramentum possit dici simpliciter Reipublicæ utile, ut prætenditur, quod negamus, sed quia id exigit ordo Juris, quæ est ratio, ut diximus principaliter considerata per D. Thomam, & ad quam, omnes alias ab ipso dictas, totaliter refert, & à qua vim sumunt, quæ tamen non afficit Principem qui non obligatur præscripto Juris. In Iudice admittimus cum sanchez obligationem delationis Iuramenti sivè procedat ex officio sivè non. Quia tenetur sequi ordinem Iuris.

187. Ad id autem quod repetitur DD. asserentes Judicem non posse ab hac praxi recedere presupponere eã non esse perniciosam pluries responsum fuit distinquendo inter judiciũ directũ super meritis consuetudinis, & Judicium reflexum super non evidentia malitiæ & lege precipiente. Nec DD. dicentes non posse illum ab hac praxi recedere, supponunt ideò illam perniciosã.

188. Dominum Canonicum Rainaldum negare non possumus esse nostræ sententiæ de directo contrarium, expresse

 enim

Dominus Rainaldus verè dissentit à nobis.

enim profitetur non esse suadendum Principi abrogationem Juramenti, & propterea cum ejus auctoritas sit profecto apud me sicuti debe t esse apud omnes maximi ponderis ob eximiam doctrinam, de qua præclara ejus volumina abundè testantur, non nisi inuitus trahor ad aliud sentiendum; trahor tamen ex ineluctabili dictarum rationum præponderantia, & cæterum relinquo doctissimo Anonimo ut audio scribenti tueri suam responsionem, quam dat ad rationem dicti D. Canonici ex Passerino desumptam, & refutatam nunc per D. Advocatum § *inter allatas num.* 58. hoc unum solùm in hac re certè asserere me posse puto, quod Juramentum veritatis dicendæ sivè detur ad terrendum sivè ad imponendam obligationem fatendi, semper adest eadem convenientia, quod tollatur etiam in examinibus præcedentibus contestationem, in his enim si daretur ad obligandum, non posset excusari ab iniuria quæ fieret reo, qui tunc in communiori sententia non tenetur immò debet non fateri cum nemo teneatur detegere propriam turpitudinem, quando adhuc nescit Judicem legitimè interrogare quia graviter lederet propriam famam quam prodigere non debet juxtam *Augustinum* relatum *in cap. non sunt audiendi* 11. *quæst.* 3. *Diana part.* 3. *tract.* 5. *Miscell.* 1. *resol.* 91. *P. Bernardinus Sacri Palatii Apost. Magister* §. 3. *num.* 6. suæ quæst. Theologicæ moralis super nostro dubio abolitionis juramenti adducens *ex Passerino 6. decret. de accusationibus C. postquam primo num.* 80. & respectivè *Diana* supra memorato *Bartolum Navarrum Cajetanum Sotum Silvestrum Bagnoz Salon Suarez Valentia lessium Toletum Aragonium Sanchez Card. de Lugo Io: de la Cruz Miranda Trullench Urtado Martinez de Prado Antionum à S. Spiritu aliosque*; & non dissentit cùm D. Canonico Rainaldo D. Advocatus; Si autèm datur ad terrendum, vel frustratur suo fine, & re vera non terret, si reus scit, & advertit, se per illud non obligari, & ideò tollendum est ut superfluum, vel verè obligat etiam contra mentem judicis, si reus non advertat, vel nesciat se non teneri fateri, quia tunc si non fatetur, peccat ex coscientia erronea, quod est id, quod ferè sempèr accidit in reis rudibus ut plurimùm, & illitteratis, adeòque incapacibus distinguen-

Sed non valet excusari Iuramentū antè contestationem sivè detur ad terrendum sivè ad obligandum.

Quià si detur ad obligandum ostenditur esse reo iniuriosum.

Si autem ad terrendum, vel frustratur suo fine, quia non terret, vel si terret, etiam obligat.

Quod est id quod accidit ferè semper in reis rudibus & ignaris.

guendi tempora, & circumſtantias in Juramento, & ideò hoc caſu tollendum eſt ex eadem ratione, proptèr quam tunc dari non poteſt ad obligandum, quià ſcilicèt eſt injuſtum, præbenſque inutilitèr occaſionem ruinæ animarum.

189. Quod procedit etiàm ſequendo paritatem ab auctore allatam §. *Quomodò num.* 60. terroris, quam infert comminatio torturæ corporalis, valdè conducentis ad eruendum veritatem, qua vult deducere convenientiam etiam terrendi reum per torturam ſpiritualē; Sicuti enim terror torturæ corporalis, non poteſt induci antè legitima inditia acquiſita niſi per ipſius comminationem, non verò per actualem inflictionem, ità terror torturæ ſpiritualis deberet etiā induci per comminationem Iuramenti; non verò per delationem, quæ delatio terrere non poteſt, niſi verè obliget ejus enim terror conſiſtere non poteſt niſi in eo, quod quis credat peccare ſi neget, ex quo conſequitur obligatio fatendi. Sequendo etiam paritatem quam, affert auctor torturæ corporalis, deducitur non eſſe deferendam tunc ſpiritualem.

190. *In articulo* 4. Vindicat auctor ſuam primam allegationem ab impugnationibus Anonimi, ſed doctrinis adeò pugnantibus cum principiis etiàm noſtri diſcurſus; ut licet noſtri muneris alias non fuerit refutare reſponſionem, quæ nobis non dirigitur, indiſcuſſam tamèn relinquere non poſſimus ſine præjudicio cauſæ, quam tuendam aſſumpſimus. Reſponſio articuli ſecundi quæ dirigitur Anonimo, nobis etiam officit indirectè.

191. Omiſſo igitur quod dicit §. 1. *num.* 63. quod ex quo conſuetudo præſupponatur inducta in bonum publicum, & ex eo quod ſit bona, & hactenùs tolerata, ſequatur non ſolum eſſe obſervandam à Judice, ſed etiàm non abrogandam à Principe ad quod jam reſponſum pluribi fuit.

192. Facilè ſolvitur etiàm ex dictis replicatio, qua conatur tueri contra Anonimum S. Thomam loqutum fuiſſe etiam de cauſis Criminalibus quia quicquid ſit utrum Angelicus indiſtinctè loquens, poſſit adduci pro omnibus indiſtinctè cauſis, ut vult hic auctor, (de qua re abundè ſuperiùs dictum fuit, & Annonimus certè tuebitur negativam,) adhuc ſtat quod ejus approbatio non percutit terminos caſus noſtri, quià cadit ſuper conſuetudine ſequenda à Judice ſecundum quod exigit ordo Iuris non ſuper Principe, qui legibus non eſt ligatus; loquendo Solvitur eius replicatio, qua innitur, S. Thomam approbaſſe delationem Iuramenti etiam pro Cauſis Criminalibus.

 au-

Digitized by Google

autem de Iudice in genere verum est, quod hic addit D. Advocatus Sãctum Doctorem nolle abstineri à Iuramento deferendo propter periculum perjurii, quià scandalum palliuum potest permitti, ut hic vbi adest justa causa observandæ legis.

193. Repetit §. 3. num. 65. DD. obligantes Iudicem se conformandi consuetudini implicitè præsuponere non esse perniciosam, nec abrogandam à Principe sed recolenda est memorata distinctio judicii directi, & reflexi superius tradita.

Præsumptio Bonitatis hujus praxis adducta ab antiquitate cedit rationibus.

194. Ad §. *Quarto num. 66.* dicimus quod licet in genere verum sit, quod ibi ait auctor universalitatem consuetudinis conciliari illi maximam præsumptionem bonitatis, fallit hoc tamen quando validissima rationis auctoritas illi adversatur, ut in casu suo, tunc enim veritas debet credi in contrarium, & huic cedere quævis præsumptio: Non per hoc autem, quod præsumi non possit ob adductas nostras rationes. prò bonitate consuetudinis dicendi sunt errare Judices, & suæ obligationi deficere Principes, ut contendit auctor, quia ut millies diximus, Judices habent justam causam sequendæ legis, Principes verò hucusque illam habuerunt, cum illis præsumendum esset pro bonitate praxis, cui fauebat auctoritas ejusdem legis re non discussa.

Non ideò autem quod bona non fuerit, arguendi sunt Judices, aut Principes.

Improbatur etiam consuetudo Iuramenti de redeundo ad carceres.

195. Consuetudo Juramenti quod defertur debitoribus civilibus de redeundo ad carceres, quæ allata fuit ab auctore in confirmationem ejus assumpti, tantùm abest, ut possit deduci ad nostram corroborandam, ut mirandum profectò sit, quod & ipsa permittatur continuari, illa enim nec palliari potest prætextu publicæ utilitatis, proptèr quam observetur, cum experientia constet, neminem prorsus inveniri, qui ad carceres redeat, nec per hoc commiserandi sunt, ut innuitur Judices, & prelati, qui hanc praxim sequuntur respectiuè, & introduxerunt, quod miserè Cecutierint ab initio enim consuetudinis nobis non constat, quod nemo tunc, æquè ac nostris temporibus rediret ad carceres, & quoad prosequtionem rationes illæ, quæ non obstantibus perjuriis suadent D. Aduocato, quod etiam nunc sequi mereatur, non sinunt esse consuetudinem euidentèr malam, ita ut dispensentur Judices ab illa se-

Licèt etiam nunc permittatur.

Digitized by Google

sequenda non obstante lege, pro bonitate cujus Principes re non examinata præsumere potuerunt, nec redargui possunt.

196. Prætendit auctor *sub num. 67. §. Quinto* non benè excusari ab Anonimo consuetudinem à scandalo, per hoc quod nullum scandalum esse possit, quod plures leges, & canones immutentur cessante causa publici boni proptèr quod conditi fuerunt ab eorum initio, quia ut ait non est absolutè admittenda, moralis certitudo perjurii, per quam deficeret in juramento causa publici boni, & escluderetur à scandalo ejus immutatio, vel admisso etiam, quod adsit iamdiù abrogandum fuisset, cum iamdiù cessauerit dicta causa publici boni proptèr perjuria, quæ à pluribus sæculis equèviguerunt, ac hodiè vigent, adeòque non est par ratio cum pluribus alijs legibus sinè scandalo, & redargutione legislatorum abrogatis, quia illæ non toleratæ fuerunt, cum jam cæperint esse malæ, sed statim fuerunt ablatæ, nostra autem consuetudo delationis juramenti tolerata fuit, & obseruata à Judicibus, & Principibus in sua prætensa malitia, quarè non potest nunc sine eorum nota aboleri. Refutat D. Aduoc. defensionem factam ab Anonimo nostræ consuetudini à scandalo.

197. Verum moralem certitudinem periuriorum satis ostensum est supra negari non posse, hac autem admissa locum non habet replicatio D. Aduocati, quia quicquid sit de excusatione nostri juramenti ab hoc scandalo per exempla abrogatarum legum ab Anonimo adductarum, quæ profectò non deficiet ipso scribente, certum nobis est in exemplis adductis in nostro discursu abrogatas fuisse aliquas consuetudines, quæ etiam diù toleratæ fuerunt in sua malitia, nec statim abrogatæ, quæ videri possunt, ibi à §. *insigne, vsque ad §. Secundo absurdo* hoc prætenso scandalo, aut non curato, aut non interueniente prætèrquamquod aliter etiam responsum fuit, hoc scandalum nullo modo adesse proptèr alias rationes in eodem discursu adductas, & clariùs repetitas *sect. p. §. exindeque*, usque *ad §. quæstio* huius replicationis. Sed quidquid sit de excusatione allata ab Anonimo. Ostenditur subsistentia responsionis adductæ in nostro discursu huic obiecto.

198. Duo autem, quæ addit hic auctor desumpta à D. Rainaldo, videlicet, quod per abrogationem Juramenti non satis consuleretur animabus reorum, qui iam peccant mortalitèr ex ipsa occultatione veritatis seorsim ab ipso, Duobus alijs à Domino Rainaldo desumptis respondetur remissivè.

& quod

& quod timendum esset, quod rei ex hac abolitione opinarentur licitè posse veritatem negare, Judici etiam legitimè interroganti refutanda remittimus infrà *sect.* 3. *§. ad quintum*, usque ad *§. Sextum*.

Quod non sit dispar ratio tribunalis Sanctissimæ Inquisitionis, & aliorum non addit robur dicto obiecto scandali.

199. Quæ replicantur ab Anonimo *in §. Sexto num.* 68. nobis non officiunt, quia nullam peculiarem rationem adduximus in discursu ad excusandum Tribunal Sanctissimæ Inquisitionis præ cæteris omnibus; Optimè tamen saluatum fuit nullam notam inuri ipsi posse, per abrogationem huius consuetudinis ab ipso obseruatæ, quamvis etiam non militassent pro ipso diuersa motiua sequendæ praxis; Cæterum ex nouitèr auditis ab aliquo ex Eminentissimis Patribus illi consessui à pluribus annis interessenti, dubium mihi esse non potest peculiarissimam in Tribunali illo fuisse rationem deferendi reis juramentum, ommissa enim discussione adductarum ab Anonimo, quas ipse sanè ab oppositionibus vindicabit, sufficit hot unum quod mihi asseritur, ut plurimum ibi non pejerari, quo uno verificato iam deficiunt omnia motiva, illud non deferendi, quinimmò occasionem scandali prębuisset Sanctissimum Tribunal, alitèr faciendo sicuti in his terminis, nunc pręberet abstinendo, etiamsi abrogaretur, prò aliis Tribunalibus hęc consuetudo.

Præcipuè cùm audiatur ibi de facto, ut plurimùm non pejerari.

Quod militet pariter eadem ratio prò abusu Iuramenti Regularium, ac prò alijs, nobis non officit.

200. Praxis regularium nullo paritèr peculiari modo excusata fuit in nostro discursu, quarè sufficiunt pro ipsa nostræ generales excusationes, quæ non ideò minùs pręseruant, quod Regulares argui non possint pro pręterita, & pręsenti exactione iuramenti, adeòque illius abolitionem à scandalo.

Arguitur Anonimus de inchoherentia in suis propositionibus.

201. In §. *Quoniam num.* 69. carpitur ab auctore Anonimus, ex quo prima ejus propositio, in qua dicit, usum deferendi Juramentum per se malum non esse, & inductum, quia visum tunc utile, dissonat huic secundæ, quod consuetudo, ex qua minimum, vel nullum bonum, sed innumerabiles offensæ Dei, & animarum ruinæ oriuntur, sit abolenda.

Sed defenditur.

202. Verum ni fallor sensus Anonimi fuit, quod Juramentum sit semper per se bonum, & tale etiam fuerit respectu reorum de tempore, quo fuit introductum, quia verò lex illius deferendi cępit progressu temporis amittere ejus

bo-

bonitatem accidentalem respicientem circumstantias personarum, & temporum quibus debet adaptari ob publicam utilitatem, hinc fit, quod tota malitia perjurii non se tenet nunc amplius ex parte peierantis, sed ex parte etiam ipsius Juramenti, prout non adaptatur temporibus, & personis; in hoc sensu nulla est repugnantia dictarum propositionum.

Prætenditur Romanam Curiam ut omnium magistrā acquiescere non debere aliarum exemplis.

203. Ultimò demùm loco respondet auctor exemplis aliorum Principum, qui ex nostris eisdem motiuis Juramentum abrogaverunt in suis ditionibus, dicitque *d. §. superest num.70. usque ad finem*, quod Romana Curia omnium huc usque magistra acquiescere non debet aliarum exemplis, & de facto de tempore Innocentii XI. quo abrogatum fuit Juramentum florentiæ suspensum fuisse Romæ discursum Fantonii, nec Patrem segnarum, quem verisimile est movisse omnem lapidem pro abrogatione potuisse aliquid obtinere.

Et de facto noluisse InnocentiumXI. sequi in hoc exemplum curiæ florentinæ.

204. Sed facilè replicari potest huic responsioni, quod non deceret quidem Romanam Curiam ut pote aliarum magistrā earum exemplis acquiescere, & illas ceco modo sectari, sicuti alia exempla ipsius tutò, & prudenter sinè ulteriori examine sequi possent, sed ipsi dedecere non posse tribuere exemplis Principum illam auctoritatem, quæ in discussione quæstionis merentur facere præstantissimi viri, qui rem funditus discusserunt, sicuti Romana eadem Curia in decidendis quibuscumque causis sequitur per sæpè decisiones aliarum Curiarum extranearum, puta senatus mediolanen. Pedemontani, & similium, non quidem ut habeat ejus exemplapro indispensabili lege, sed ut deferat veritati, quam verisimilius est ibi inveniri, ubi consessus illi sapientum censuerunt adesse.

Sed neminem decere potest sequi veritatem, undecumque affulgeat.

Nec hoc dedignatur Romana curia.

205. Suspensum fuisse discursum fantonii me latet sed quamvis hoc fuerit, & P. Segnarus non desierit mouere omnem lapidem, non ideò potest adduci contra nos auctoritas Innocen. XI. quia nulla Congregatio fuit ab ipso deputata ad effectum examinandi hanc quæstionem, nullique demandatum, quod sciatur ut ipsi meritum rei maturè referret, solusque Cardinalis de luca Auditor auditus est exquisiisse obiter ab Emin. aliquo tunc Sac. Consultæ Prælato stylum illius supremi Tribunalis, &

Ubi sequutum non fuit exemplū florentiæ quia res discussa non fuit ex professo.

ratio-

Digitized by Google

rationem, in qua fundaretur; quin nec etiam scitur, utrum hoc fuerit de mandato Papæ, uel quod illi retulerit, satis enim probabiliter hoc non fuit, uerisimile enim non est Sanctum ilium Pontificem lento pede, & mature in omnibus procedentem præcipitasse in re maximæ releuantiæ, & resoluisse arduissimam quæstionem adeò paruo examine precedente; sed de hoc satis, quia cum nihil certi sciamus esset hoc potius diuinare, quam aliquid cum fundamento àsserere.

Caterum pluris facienda est auctoritas Principũ abrogantium, licèt paucorum, quam plurium permittentium.

206. Quod autem additur ab auctore magis urgere debere exempla aliorum Principatuum, in quibus Iuramentum defertur quàm illorum paucorum, in quibus fuit abrogatum, nullo modo subsistit, quia preter quamquod enunciatis Dictionibus, in quibus non uiget hic usus, addi possunt *ex Tabor. tract. de confrontatione disp. 3. n. 16. Saxonia Bauaria Austria & alia loca Ultramontana.* numerus deindè maior contrariorum rem non discutientium, sed in fide legis obseruantium nunquam effuscare potest auctoritatem aliorum, licet paucorum, qui re examinata recesserunt à consuetudine, primorum enim approbatio est merè negatiua, seu potius non reprobatio in obsequium legis, horum uerò aliorum positiua ui rationis contrà legem expressa.

Curias nunciaturæ & Episcopalem Florentinam detulisse Iuramentum post abrogationem in Curia seculari non arguit approbationem huius praxis.

207. Quod uerò ultimo loco dicitur in Curiis Archiepiscopali, & Nunciaturæ Apostolicæ Florentiæ fuisse continuatam delationem Iuramenti, non obstante abolitione Serenissimi, & Piissimi magni Ducis, & uerisimiliter Ministros ibi Sedis Apostolicæ admonitos fuisse Summum Pontificem huius nouitatis, concedimus ultrò, sed nobis non officit, quia hoc ultimum non sufficit ad afferendam pro D. Aduocato auctoritatem Papæ nisi ut dictum est euincatur eodem tempore eius jussu examinatam fuisse quæstionem, alias eius approbatio est merè negatiua in obsequium legis, pro bonitate cuius argui non potest si adhuc presumebat non obstantibus aliorum nouitatibus re non discussa, quod hæc verò praxis continuata fuerit in Tribunalibus Ecclesiasticis Florentinis etiam post abrogationem secutam ex summa pietate religiosissimi Principis in eius foro seculari mirandum non est nec ullam præsumptionem bonitatis face-

Digitized by Google

facere potest pro consuetudine quia præsules illi dato etiam quod approbassent abrogationem juramenti adhuc non potuissent discedere in hoc ab exemplo Romanæ curiæ & illud priuata authoritate abolere.

208. Sequuntur approbationes non nullorum Theologorum & Iurisconsultorum Lucensium, quæ nobis qua parte plaudunt elaborato eruditoque operi D. Aduocati sunt commendandæ; qua uerò parte eius sententiam ratiociniis confirmare student sunt breuiter confutandæ; seu potius iam confutatæ in huius nostræ replicationis decursu sunt demostrandæ.

209. Omissis igitur testimoniis *DD. Arnolfini Sardi*, *Bernardini Vincentii Torre*, *P. Josephi Mariæ de Quillicis & Aloysii Mansi* qui nullum rationis sed solum addunt contrariæ opinioni pondus eorum authoritatis.

210. Et incipiendo *a P. Garzonio* non possum fateor non mirari quod tam libere silentium imponat auctori quæstionis Theologicæ Scribenticontra D. Fisci Aduocatum tanquam nimis scrupoloso nouatori arguendi igitur etiam erunt nimii scrupuli celeberrimi Theologi & respectiuè *Jurisconsulti Lesius*, *Delbene*, *Gomez*, *Clarus*, *Gail*, *Marsilius* & alii, quia & ipsi ante nostrum Auctorem anonimum, ex abusu juramenti censuerunt eius praxim non esse opportunam & respectiue abolendam a Principe profecto si bene perpendisset P. Garzonius differentiam entimematum quæ proponit, & illius quod fieri potest in casu nostro, uidisset utique quod illorum consequentiæ sunt absurdæ huius autem nostri legitima & bene deducta non enim ex hoc præcise dicimus consuetudinem juramenti esse malam quia homines Sacramento abutuntur sed quia per eumdem abusum cessat finis unicus legis uniuersaliter & fere semper, hæc autem cessatio finis per abusum non inuenitur in exemplis adductis per d. Auctorem scilicet in operibus diuinis quibus fideles quandoque abutuntur, in Sacramentis quæ multoties sacrilege tractantur in justitia quam homines sæpe contemnunt nec denique in interrogationibus reorum ex quibus ut plurimum sequuntur mendacia; quoad primum enim creaturas non ideò precise fecit Deus ut homines illis bene utantur, sed ad communicandum se ip-

Respondetur rationibus P. Garzonii quibus approbat fundamenta D. Aduocati.

Cum enim juramentum abolendum non sit præcisè, quia homines abutuntur, sed quia per abusum cessat uniuersaliter eius finis.

Non benè infertur abstinêdum esse a Sacramentis ab Administratione Iustitiæ & sim. quia homines abutuntur.

Quia per huiusmodi abusus non cessant fines horum operum, qui enuntiantur.

se ipsum juxta naturam boni, quæ est diffusiua sui, & ad ostendendam suam omnipotentiam bonitatem aliaque attributa ad cuius cognitionem per creaturas peruenitur tanquam per gradus juxta illud Apostol. ad Romanos 1. *inuisibilia ipsius per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur* & ad alios similes fines quibus nō frustratur per impiorum abusum; Sacramenta pariter non frustrantur ut plurimum suo fine tum quia licet homines illis etiam quandoque abutantur hoc tamen uniuersaliter & ut plurimum non contingit tum quia finis ipsorum est fidelium utilitas & glorificatio Dei utrumque autem ex his non desinit obtineri Deus enim uniuersaliter retrahit ab usu Sacramentorum magnam honorem cultus & licet ab abutentibus illud non retrahat; ab ipsis tamen etiam inuitis aliunde glorificatur quatenus ostendit infinitam ejus bonitatem qua solem gratiæ per Sacramenta oriri facit super bonos & malos & quantum est de se non desinit semper etiam impiis usque ad extremùm vitæ prebere media consequendæ salutis, propter quam in die Iudicii omnis iniquitas opilabit os suū & vincet cum judicabitur ab iniquis super Justitia quam ipsis reddet & collaudabitur ab electis super multitudine misericordiæ quam ostendit in Mundo largiendo etiam sua dona despicientibus: quo ad utilitatem autem prosunt etiam in parte Sacramenta saltem indirecte abutentibus quatenus per usum illorum datur illis modus resipiscendi & recuperandi augendique gratiam quam eorum culpa amiserunt. Justitia pariter obtinet universaliter suum finem puniendi delicta & suum unicuique tribuendi quantumvis ab aliquibus contemnatur sicut etiam interrogatio rei in judicio quæ non habet solum finem eliciendi veritatem sed etiam audiendi reum sine quo condemnari non posset; implicare illum in mendaciis & similia aut ipsi reo utilia aut necessaria Fisco ut pluries dictum fuit. Quare manifestum est cur non valeant hæ consequentiæ homines creaturis abutuntur: *ergo* bonum non erat facere creaturas; Sacramenta multoties sacrilegè tractantur; Justitia sepe cōtemnitur; rei ut plurimum in judicio mentiuntur: *ergo* non est admittendus usus Sacramentorum: *ergo* Justitia administrari non de-

Digitized by Google

debet *ergo* sunt vel minime interrogandi; quia scilicet propter hos ab usus non cessat universaliter aquisitio finis propter quem hæc omnia instituta sunt. E contra legitimè deducitur hæc consequentia; rei semper vel fere semper juramento abutuntur vel saltem numquam vel fere numquam ejus vi confitentur: *ergo* est tollendum vel ut damnosum vel ut superfluum; quia hoc casu per abusum tollitur universaliter consequtio unici finis veritatis eruendæ ad quem prestatur. Quod omnia jura clament pro hac consuetudine ut subdit ostendimus supra esse omnino insubsistens; admirationem autem in quam prorumpit ex responsione quam sibi obicit nempe quod adhiberi possint alia media preter juramentum ad veritatem extorquendam scilicet tormenta, facile compescere poterit perpendendo, novum non esse quod mala maxima etiam Æterna licet plus movere deberent quam transitoria quando tamen hæc ultima sunt certa sensibilia, & præsentia, prævalent sæpè majoribus futuris incertis, & sola fide comminatis, mors enim subeunda, est pœna infinitis numeris minor geenna, & tamèn nemo ex furibus, quì certò sciret, se illicò suspendendum fore post furtum, furari auderet; innumeri autèm furantur sub comminatione geennæ. Respiciendum igitur est non ad id, quod facere deberent homines, sed ad id quod ut plurimum faciunt, & ideò adhiberi debent potius media illa, quæ conducunt ad finem, licet minus conducere debuissent, quàm illa, quæ deberent conducere, & non conducunt, adeòque ad finem eliciendæ veritatis tormenta, potius quod Iuramentum.

Omnia iura clamare prò nostro Iuramēto vidimus non subsistere.

Nec mirari debet P. Garzonius mala temporalia, & præsentia magis movere, quàm æterna, & futura.

211. Sacram Scripturam, in qua etiàm fit vis, jam ostendimus, nullibi approbare juramentum casus nostri, sicuti etiam quod non ab omnibus Principibus secularibus in praxi deducitur, ut pretendit hic Auctor.

Cui paritèr replicamus non subsistere approbationem Sac. Scripturæ, & omnium Principum secularium.

212. Trasseundo nunc ad Dominum præsidem Joannem Torre ait obtineri finem Juramenti, ut homines adstringantur ad denunciandum verum metu Divini Nominis, & ita non esse mutandam hujusmodi consuetudinem; quæ in tota ferè Italia certam sempèr habuit interpretationem *ad textum in l. minimè ff. de legibus*, nec dissentire dicit

Adducuntur motiva approbationis Domini Præsidis Torre.

Digitized by Google

Clarum, qui licet Stilus iste non placeat, asserit tamèn, quod non auderet in praxi recedere.

213. Addit non deesse homines, qui pejerare non audent, & quod si adimeretur hæc praxis ad evitanda perjuria, esset etiàm tollendum Juramentum inCivilibus, ubi etiàm frequentissimè sequuntur, ut in cautione juratoria, quæ spreto Juramento non semper reducitur ad actum; in promissione juratade solvendo quid creditori intrà certum tempus,quæ ut plurimum non adimpletur.

214. Et facere auctoritatem officii Jurisdictionis Lucensis, quod occasione revidendi quarti libri consultationum, & rerum Judicatarum *D. Aloysii Mansi* decrevit tollendam ab illo esse scripturam *D. Fantonii* contrariam, Juramento inibi insertam *post Consultationem* 332.

Et respondetur.

215. Sed quoad primum ostensum est abunde finem eliciendæ Veritatis ut plurimum Vi juramenti non obtineri, cum *ex Marsilio*, aliisque adductis perditum sit semen eorum, qui fateantur in propriam vitam; & ideò mutari equidem potest consuetudo Juramenti non obstante adducta *lege minimè*, hæc enìm non excludit mutationem posse fieri ex justa causa, qualis est in casu nostro cessatio obtenibilitatis finis, nec *Clarus* asserit mutandam non esse à Principibus, sed solùm, quod non auderet ipse Judex ab illa, privata auctoritate recedere.

216. Quod autèm non desint homines qui pejerare non audent, diximus suprà hoc nunquam, vel ferè nunquam contingere in obsequium Juramenti precipuè in causis Criminalibus ubi agitur de pœna sanguinis de quibus textus *exadverso allatus in l. quæ sub conditione* non loquitur.

217. In Civilibus verò dicimus non esse regularitèr adimendam consuetudinem jurandi, quià non constat experientia majorem partem jurantium pejerare ad evitandum incommodum solvendæ pecuniæ, quæ est ratio, proptèr quam Principes, & Respublicæ bene gubernantes illam nunquam prohibuerunt, quodsi in aliquibus casibus cautionum juratoriarum, promissinum solvendi intrà certum tempus, & similibus, verè constaret, quod nunquam, vel ferè nunquàm jurantes abstinent à perju-

Digitized by Google

periurio, & quod per hunc abusum Sacramenti cesset finis ad quod prestatur, hec quoque juramenta intrepidè dicimus fore etiam hoc casu abolenda.

218. Auctoritas officii Lucanæ Jurisdictionis adducta non probat, quod Domini illi senserint opinionem D. Fantonii non esse veram sed ad summum quod prudentia exposcebat ne ingererentur Judicibus scrupuli inutiles circà sequibilitatem consuetudinis inveteratæ, de bonitate cujus agenda tùnc non erat quæstio, quo casu votum Fantonii nihil boni producere poterat, sed solummodò angerè conscientias pusilorum.

219. Ad D. Saminiatum facilè replicamus, qdod absonum quidèm esset, ut diximus supra §. *sed facile replicari* quod Romana sedes in materiis spiritualitatē concernentibus moveretur cæco modo, & re non discussa alienis exemplis; sicuti non dedeceret aliis fidem ipsius tali modo sectari; nullum autèm est inconveniens, quod imitetur aliena exempla, si post maturam discussionem bona inveniantur nemini enim dedecere unquam potest ambulare in luce, quacumque ex parte fulgor irradiet. Sicut D. Saminiato.

220. Quod autèm dicit Judicem, qui utitur officio suo occasionem non suppeditare pejerandi & malum tribuendum esse non ipsi sed Sacramento abutenti; jam vidimus suprà ncn habere ullum fundamentum, quià quid quæsò est aliud ponere reos in circumstantiis, in quibus sempèr, vel ferè semper solent pejerare, quàm prebere illis occasionem perjurii; & hoc posito, quomodo potest excusari qui id facit sine ulla spe rationabili finis, & justa causa? scimus equidèm quod qui utitur jure suo in aliquid faciendo, non potest regularitèr argui de peccato alieno, quod per accidens sequitur, sed hoc fallit, quandò nulla ex hoc illi provenit utilitas, & ideò deest illi rationabile motivũ, tùnc enim licèt scandalum ut diximus sit passivum, Charitas tamèn, & prudentia prohibent posse permitti.

221. In *cap. cum dilecti* vidimus verè non approbari, ut pretendit hic auctor Iuramentum de veritate dicenda, sed solummodò mentionem de ipso fieri, & non reprobari. Nullum autèm illius pace potest considerari absurdum in hoc quod Romana Curia re discussa, nùnc re-

probet, quod re indiscussa Innocentius III. in fide consuetudinis non reprobavit.

222. Episcopum deindè Aghatèn, fassum esse delicta non probat efficaciam Juramenti quià nescitur fassum fuisse ejus vi, & quamùis hoc fuerit, quod unus, aut alter intèr mille negantes fateatur non justificat aptitudinem Juramenti ad suum finem veritatis habendæ obtinendum, & ideò Uniuersalem ejus delationem.

223. Instantiæ, quæ ab hoc Auctore replicatur æquè tollendæ interrogationis judicialis, abundè pluribi fuit superius satisfactum.

Et Domino Palmæ cuius experientia nobis non adversatur.

224. Ad testimonium denique D. Palmæ asserentis experientiam ipsum docuisse, reos in eorum constitutis, ex vi, & importantia Iuramenti plura contrà eos facientia liberè fassos fuisse, brevitèr respondemus, quod omisso quod hæc experientia est contrà illam *Marsilii*, *Clari*, *& moderni Fantonii*, aliorumque gravissimorum DD. contrarium ex experientia paritèr asserentium, hic auctor deindè non dicit, (quià hoc dicere verè non potuit,) reos omnia libere fassos fuisse, sed solùm *plura*, quod ostendit verè motos nonfuisse ad fatendū Religione Juramenti, quia si hoc esset, omnia utique fassi fuissent; & de facto peterem libentèr à D. Palma quomodo se gesserint in Interrogatorio illo superius enunciato, *Utrum sciant, vel excogitare valeant causam suæ carcerationis*. Profectò divinare esset assertivè dicere, quod in illo defecerint, temerarium tamen non est id probabilitèr credere, cum experientia doceat omnes, vel ferè omnes respondere, quod nesciunt, & ideò pejerare, ut incapaces, quià ut plurimum rudes Amphibologiarum, & æquivocorum, quæ essent unica media (si tamèn hujusmodi media in Judiciis suffragari possent) salvandi a mendacio hanc responsionem.

225. Et hæc omnia sunt, quæ contra Doctissimam elucubrationem D. Advocati, ad propriam defensionem potiùs, quam ad illius, & suffragantium impugnationem, censuimus esse dicenda.

SE-

226. AB oppositionibus D. Advocati convertendus superest calamus ad objectiones aliorum, tùm exadversò scribentium, tum nostram Doctrinam oretenùs impugnantium, ne apparentium rationum velamine, veritas, quæ pro nobis est, valeat obumbrari. Soluuntur obiectiones aliorum Dominorum ex adversò scribentium.

227. Opponitur ergò primò quòd ex eo quod Juramentum parùm conducat ad punienda delicta, non per hoc tamèn dicendum est inutile excarentia finis, ut asseritur in nostro discursu, finis enim primariò, & principaliter intentus à cousuetudine deferendi illud reis, non est ut prætendimus detectio criminum, ut puniantur, sed manifestatio Innocentiæ inquisitorum, & eorum purgatio ab infamia, & suspicione, quæ contra illos præcessit. Opponitur finem primarium Iuramenti non esse detectionem criminum, sed manifestationem Innocentiæ Inquisitorum.

228. Quod triplicitèr patet, primò quia intendere primario detectionem Criminum hoc idem esset, ac supponere omnes Inqusitos indubitatè culpabiles, & tamèn antè eorum Confessionem, vel legitimam probationem sunt adhuc indiferentes, ut deprehendantur Innocentes, vel Criminosi. Secundò quià principalis finis solet esse, quod magis interest, magis autèm interest Reipublicæ ne Innocens patiatur quàm ut reus condemnetur. Tertiò quia hoc apertè colligitur ex memorato textu *in sacris numeris* 5. & *cap. omne quod* 22. *quæst.* 1. & *docent D. Thomas* 1. 2. *quæst.* 105. *art.* 2. *ad quintum & Jansenius in Pentateuchon* qui explicantes textus *Exodi* 22. suprà relatos ubi precipitur jurare depositarius, contra quem est suspicio de furto, dicunt expresse, quod jurabatur ad purgationem. Quod tripliciter ostendi prætenditur.

229. Obiicitur secundo quod dato etiam primarium finem Juramenti esse detectionem Criminum, adhuc non liquet, quod frustretur suo fine per hoc quod major pars inquisitorum sit negativa, ut evinci vult in discursu, stat enim benesimùl, quod major pars neget, & tamen major pars non pejeret, sed veritatem dicat, nàm de illis negantibus, qui semper persistunt in negatione, nec convincuntur qui sunt innumeri, certo scire non possumus, quod sint rei, & mentiantur, posset enim dari casus, quod essent Opponitur secundò Iuramentum non frustrari suo fine per hoc quod maior pars reorum sit negativa, quia nõ ideò evincitur maiorem partem peierare.

 verè

Digitized by Google

verè innocentes, adeoque non satis constat inutilitas Juramenti.

230. Tertiò quod si delatio Juramenti esset verè inutilis eo quod careat universaliter suo fine, ut diximus indiscursu, sequeretur legem, sivè cõsuetudinem hujus delationis ampliùs non obligare, cessante enim fine legis in universali, cessat etiam lex *cap cum cessante de appel. Castro lib. 3. de leg penali cap. 5. docum 3. Medina quæst. 90. art. 2. ad. 4. Silu verb lex. quæst. 9. §. 8. Suarez lib. 6. de Legibus cap. 9. nu. 5. &* in terminis cessationis utilitatis legis quod cesset lex docet *Apost. cap. ad hebreos* ibi *reprobatio procendentis mandati fit propter infirmitatem eius & inutilitatem* ac proinde peccare mortaliter Judices deferentes Juramentum quia per nos intantum excusantur & distinguuntur in hoc à personis privatis, quibus non permittitur hæc delatio, quatenùs tenentur sequi ordinem Juris; aut igitur non est licitum Judicibus deferre Juramentum, aut hoc non est universaliter inutile.

Opponitur tertiò quod si lex Juramenti careret universaliter fine, non ampliùs obligaret Iudices contra S. Thomam &c.

231. Quartò quod præter finem, utilitatis punitionis aliquorum delinquentium habet Iudex tria alia urgentia motiva deferendi Iuramentũ; primo nempe ut constet se omnibus mediis Iuridicis tentasse veritatem elicere; secundo, ut evitet notam seuitiei, quam incurreret non præmisso medio suaviori ad detegendam veritatem, Tertiò ut non omittat solemnitatem Iudicii protestativã Divinæ Præsidentiæ judicantibus; Dei enim judicium est *Deutoronom. cap. 1. vers. 17.* quæ omnia etiam seorsim à publicà utilitate non desinunt illi præbere justam causam permissionis perjuriorum.

Opponitur Quartò non carere fine, quia præter illum punitionis, habet tres alios, qui enunciantur.

232. Quintò quod quamvis Iuramentum esset occasio monifesta periurii, adhuc esset inutilis ejus ablatio, non enim perhoc satis consuleretur animabus reorũ, quia cũ legitimè interrogati non possint occultare crimina sinè peccato mortali, etiam seorsim à Iuramento ut cum communiori opinione sentiunt *S. Thom. 22. quæst. 69. art. 1. & 2. Navarr. cap. 25. num. 52. Farinac. quæst. 160. num. 311. Decian. Tract. crim. lib. 6. cap. 10. Diana parte 2. tract. 15. resol. 27. Corduba lib. 1. Quæstion quæst. 43. Beia 1. par. casu 32. Gomez var. tom. 3. cap. 12. num. 5. Raiinald. sintax rer crim tom. 2. cap. 18. nu. 101. & in* supplettione & ad presentem controversiam

Opponitur quintò, quod per abolitionem Iuramenti non satis consulitur animabus reorum, qui iam peccant peccato mortali mendacii.

que

que modo sub prelo est; parum refert ad illorum æternam damnationem quod dicto peccato implicitum sit perjurium, hoc enim non facit transire responsionem de non peccato mortali ad peccatum mortale sed solum plùs aggravat culpam lætalem inobedientiæ, quæ alioquin committitur.

233. Et ex alia parte ab illius abolitione potest oriri hoc præjudicium, quod rei intrent in opinionẽ licitum sibi esse negare delictum, etiam quando Iudex legitimè interrogat. Et ex abrogatione oritur præjudiciũ.

234. Sexto quod cum in primis examinibus ante contestationem reus non teneatur fateri ut diximus supra *sect. 22. Dominum Canonicum & possit* tegere veritatem, medio alicujus equivoci amplibologiæ, vel quid simile, ut docent ibi allati DD. Periculum perjurii, reducitur ad solum examen contestationis & ideo præjudicium Iuramenti est valde exiguum, & omnino compensabile ab utilitate aliquorum confitentium. Opponitur sextò præjudicium Iuramenti esse exigvũ quia attento licito usu amphibologiarum reducitur ad solum examén cótestationis.

235. Semptimò contra moralem impossibilitatem non pejerandi à nobis assertam, quod licet considerando vires proprias reorum, sit moraliter impossibile, quod non pejerent, non potest tamen considerari hæc impossibilitas in ordinem ad Gratiam Dei, cui *cum non sit impossibile omne verbum*, & possit *suscitare de lapidibus filios Abraha* ut dicitur *Luc. 1. & Matth. 3.* sperari etiam potest quod tribuat reis constitutis in tanto periculo peccandi gratiam illam specialem quam olim scimus frequenter tribuisse pluribus gentilibus ad conversionem, & martirium subeundum. Opponitur septimo contrà moralem impossibilitatem assertam, nihil esse impossibile Gratiæ Dei.

236. Absque eo quod non requiritur semper heroica virtus adhoc ut rei ex Juramento delato fateantur; possunt enim moveri, vel ex eo quod certò sciant, negationem ipsis non profuturam ad effugiendum supplicium, ex quo sit contrà ipsos plenè probatum, vel ex spe misericordiæ Principis, vel metu tormentorum, aut alio quocumque temporali motiuo, quod non ignoramus benè posse hoc efficere, sicuti scimus simplicem uanam gloriam impulisse multos hæreticos ad fatendum etiam cùm dispendio vitæ; & de facto etiam nunc ab aliquibus nationibus, ut olim ab ipsis Et h nicis passim veritas obtinetur cum non auderent, Sed nec requiri semper heroicam virtutem, ut rei fateantur vi Iuramenti. Vt demonstratur.

nec

nec respectivè audeant pejerare ad salvandum vitam; nulla autem est major ratio(, sivè requiratur heroica virtus, sivè non requiratur)de illis temporibus;& personis, quàm de nostris reis, cum amor naturalis vitæ sempor, & ubique sit, & fuerit naturæ ut diximus, insitus.

Opponitur octavo Juramentum esse aptius mediũ, quodadhiberi possit.

237. Octavò Juramentum esse aptius mediam, quod adhiberi possit ad eliciendam veritatem a reis, de se enim est sufficiens quia habita ipsius medio reorum confessione, nihil aliud requiritur ad illos condemnandos; ad differentiam torturæ, quæ est mediũ de se parum tutum, non enim statur confessioni in tortura emanatæ quia sepe dolor tormenti impellit reos ad dicendũ quod non fecerunt, sed requiritur ratificatio post notabile tempus *Francisc. de Angel. allatus a Sabello* §. *Ratificatio num.* 23. & comuniter DD.

Et quandoque etiam necessarium.

238. Quinimmò dicebatur esse etiam quandoquè medium unicum, & necessarium, quià nonnunquam accidit, aliquem torqueri non posse ob indispositionem corporalem vel ob dignitatem, proptèr quam non conveniat, ut de civibus Romanis, qui olim ideò non torquebantur, refert *Cornel. à lapide super mattheum* 5. *vers.* 34. In his autem casibus si inquisiti negantes sinè Juramento, absolverentur, Justitia non rectè administraretur partibus, nec æqua lance; plus enim deferretur reis, quibus crederetur ad exclusionem delicti, & pænæ ordinariæ ex simplici dicto non jurato, quàm testibus qui coguntur comprobare juramento suum testimonium de eodem delicto.

Opponitur nonò Juramentum esse conforme sacris Canonibus, & legibus civilibus.

239. Nonò delationem Juramenti esse conformem sacris canonibus, & legum civilium statutis, necnon etiam dictamini naturalis rationis; Textibus enim utriusque Juris adductis a D. Fisci advocato *art.* 1. §. *sacri quoque nu.* 11. & *art.* 3. §. *ceterum nu.* 49. addi potest *cap. qualiter*, & *quando de acusationibus cap. licet Eli de simonia*, & *constitutio inter cunctas Martini V. edita in concilio constantiensi* ubi approbatur respectivè, & jubetur Juramentum de veritate dicenda in inquisitionibus Criminalibus, preptèrquamquod quamvis etiam non adducti fuissent vel non probarent hi textus, dubitari adhuc non posset aliquos adesse, fauentes nostræ consuætudini; cum enim disputent DD, An per contrariam consuetudinem derogari possit legibus inducentibus hujusmodi Juramentum, *scaccia de Judi-*

Digitized by Google

diciis lib. 2. cap. 16. nu. 124. manifestum est quod supponunt illas adesse.

240. Esse autem conformem hanc exigentiam Juramenti dictamini rationis, patet ex eo, quod ratio naturalis dictat quod ubi possint adhiberi plura media ad aliquē finem, suaviora premittenda sint semper rigidioribus, sicut Chirurgus male ageret qui procederet ad sectionem alicujus membri non præmisis cataplasmatibus quibus defacili sanari potuisset egrotus, In casu autem nostro suavius remedium respectū torturæ esse Juramentum nemo non videt, hoc enim non nocet nisi abutenti, & nolentem abuti, disponit per actum eximiæ virtutis ad æterna præmia consequenda.

Nec non dictamini recte rationis.

241. Decimo quod argumenta a nobis adducta in discursu probent ad summum in causis ubi agitur de pæna capitali vel triremium perpetuarum non verò ubi sit imponenda minor pæna, puta triremium ad tempus, relegationis, operis & similium; quia in his ultimis casibus experientia non constat fere omnes esse perjuros sed immò multi inveniuntur qui fatentur horrore perjurii, nec dissentiunt DD. in contrarium ibi allegati quia loquuntur de causis capitalibus, ita *Marsil. Gomez. Less. & alii locis citatis.*

Opponitur decimò nostra argumenta probare ad summum contra Iuramentum in causis capitalibus, & triremium perpetuarum, non in aliis.

242. Undecimo quod juramentum non solum est utile fisco ut mediū ad ervendam veritatē, sed ex alio etiam capite quia reus emissa confessione criminis jurata, illā amplius impugnare non potest, nisi docto de errore *Innoc. in cap. cum delecti num. 2. de accusat & ibi Hostien num 7. Card. nu. 14. in 4. oppositione Butr. num. 15. Farinac. quæst. 81. nu. 318. & seq.* & quidem nec directe nec indirecte afferendo scilicet excusationes seu declarationes quæ ex toto illam perimant *Abb. in d. cap. cum diletti num. 3. & ibi Ancar. Butr. Ioanes Andr. Felin. Barb. & alii.*

Opponitur undecimo Iuramentum esse utile fisco ex eo quòd reus impugnare non possit confessionem juratam.

243. Vecumtamen his minimè obstantibus inconcussa remanent fundamenta nostri discursus.

244. Ad primum enim objectum respondemus breviter distinguendo; aut enim loquimur de Juramentis quæ purgativa denominantur de quibus est sermo *in toto tit de purgatione canonica*, & non negamus hæc Juramenta intendere primario manifestationem innocentiæ inquisitorum, secundario verò tantum eorum punitionem si rei inve-

Sed respondetur ad primum, quod Iuramentum habens pro fine detectionem Innocentiæ, est purgativum.

nian-

niantur quia cum dentur principaliter ad tollendū scandalum presentis delicti de quo purgandus diffamatur ut ostendimus supra sect. 2. §. *eademque* & advertit *Gonzalez Tellez in comment ad tit de purgatione canon.nu.*8. *in fin.* melius hoc removetur per detectionē ejus innocentiæ quam punitionē; Aut loquimur de Juramento veritatis dicendæ quod datur actore probante non in supplementum sed in confirmationem inditiorum acquisitorum, & hoc non intendit nisi vindictam publicam ad quam ordinatur judicium criminale in quo defertur, finis enim judicis deferentis non est primario tollere scandalum presentis delicti super quo inquirit, sed est principaliter impedire futura, ad quod peragendū nullum invenit, aptius medium quam delinquentium punitionem.

Nostrum autèm de veritate dicenda habet prò fine vindictam publicam.

245. Eo magis quia de Juramento purgativo statuerunt ut diximus canones deferendum non esse vilibus personis & criminosis, cum facilitas qua solent pejerare adimat fidem purgationi, nec sufficiat juramentum ad manifestandum eorum innocentiam; nostrum autem de veritate dicenda datur omnibus indistincte; quod clare ostendit non intendi ab eo primario purgationem infamiæ, quæ in ignobilibus, & malis frustra quæreretur, cum nullam fidem invenire posset eorum juramentum; sed bene detectionem criminum, quæ ab omnibus valet obtineri.

Ut probatur.

246. Et ideò fortasse fit ut consuetudo juramenti purgativi in criminalibus pænæ recesserit ab aula *Villagut pract. crim. lib. 6. concl. fin. tit. de purgat. canon. Emeric. in direct. in quis p. 3. comment. 38. §. & iur.* & quod in gravibus ubi est locus pænæ afflictivæ habeatur tanquam excessus enormis a quo judices abstinere debent ne imprudentiæ notam incurrant, ait *Carpsou. p. 3. quæst. 103. num. 42. OldeKops in tract. contra Carpsou. quæst. 8. num. 18.* quia cum detur potius ad consulendum scandalo quod parit infamia delicti, quam ad punienda delicta in publicum bonum ut visum fuit, non ualde adaptatur fini primario vindictæ publicæ, ad quem instituta sunt judicia criminalia.

Quod fortasse est in causa, ut purgativum ferè nunquàm deferatur in Criminalibus.

Quia non intendit principalitèr criminum punitionē.

247. De purgativo autem & non de nostro de veritate dicenda dictum est quod loquuntur Canones; & sacræ littere expositæ per DD.

De purgativo loquuntur sacræ litteræ obiectæ.

Sed

248. Sed esto etiam quod Iuramentum de veritate dicenda intenderet primariò manifestationem Innocentiæ & purgationem Inquisitorum, hoc quoque fine frustraretur in casu nostro, sivè pretendi velit, quod rei remanere debeant expurgati à suspicione delicti, & credi Innocentes propter Iuramentum ipsum emissum, sivè propter absolutoriam, quam reportant innixam huic Iuramento, si enim vis fiat in præstatione Iuramenti, manifestum est non sufficere ad purgationem, quià Iuramentum de veritate dicenda non habet requisita Iuramenti purgativi, quod præcipuè, & indispensabiliter requirit ut dictum est, præter principalem jurantem Iuramentum etiam pluriũ Compurgatorum *dict. cap. 1. 5. 7. 9. & aliis de purg. can.* si autem inniti debeat purgatio absolutoriæ quæ reportatur; præterquamquod ferè nulla ex his obtinetur *ex cap. Innocentiæ* sed solum *ex hactenus deductis* aut quid simile, quod non sufficit ad comprobandũ Innocentiam; hæ absolutoriæ deindè non innituntur ita præcise Iuramento de veritate dicenda, ut non dentur etiam, & eumdum effectum non pariant seorsim ab illo; Inquisiti enim, qui absoliuntur Romæ, non magis Innocentes reputantur quam qui florentiæ, non obstante quod hic, non ibi juretur de veritate dicenda, tot enim perjuria ita diminuerunt fidem Iuramento, ut ipsi parũ amplius credatur de Innocentia reorum.

Sed quamvis Iuramentum de veritate dicenda intéderet primariò manifestationem Innocentiæ, adhuc frustraretur suo fine.

249. Nec obstat quod dicebatur, quod intendere detectionem criminum, idem sit ac supponere omnes inquisitos culpabiles; Detectio enim Criminum in casu nostro intenditur sub conditione quatenus adsint, quæ tamen conditio est verisimilior in illis Circumstantiis præcedentium inditiorum.

Habet igitur prò fine detectionem criminum, quatenùs adsint.

250. Nec relevat quod magis Reipublicæ intersit ne Innocens patiatur quam ut reus condemnetur; quia non intendere primariò manifestationem Innocentiæ inquisiti, non est idem, ac permittere, ut Innocens puniatur, ille enimqui non se expurgat, non ideò condemnatur, sed solũ desinit habere illud bonum purgatæ suspicionis delicti, cui lex non tenetur primariò & principalitèr prospicere indistinctè in omnibus casibus in comparatione majoris, & publici boni punitionis criminum ad illa impedienda.

Nec obstat quod magis Reipublicæ intersit, ne Innocens patiatur, quá ut reus condamnetur, [illegible].

Et affertur ratio.

Ad

Digitized by Google

Respondetur ad secundum sufficere ad inutilitatē Iuramenti quod neget maior pars eorum qui verè rei inveniuntur.

251. Ad secundum patet responsio ex dictis, cum enim finis Iuramenti propter quem obligantur inquisiti ad jurandum non sit ut Innocentes negent delictum, & se expurgent,(nàm ad id quod prodest,non est opus incitamento) sed ut Criminosi qui alias universaliter illud tegerent, fateantur,quod non solet evenire nisi horrore culpæ vel metu penæ;sufficit adhoc ut Iuramentum dici possit, frustrari suo fine in majori parte inquisitorum, quod negent omnes illi, vel maxima pars illorum, qui deinde rei deprehenduntur ; parum interessendo utrum sciatur majorem partem negantium, quæ constat etiam ex fortasse Innocentibus, esse, vel non esse perjuriam, cum Innocentes sint præter finem, & intuitum legis jurare præcipientis cujus finis solum respicit verè culpabiles.

Ad tertium, quod ad hoc ut cesset lex, cessante fine, debet hic cessare evidenter, & esse unicus.

252. Ad tertium replicamus, quod adhoc; ut aliqua lex dici possit non obligare eo quod cessaverit universaliter ejus finis, requiritur quod hæc cessatio universalis, clarè, & incontrovertibiliter constet, & quod non possit in dubium revocari finem illum cessantem esse unicum,quem habuerit, alias esset in arbitrio cujuscumque probabiliter opinantis spernere impune leges; hæc autem requisita non adsunt in casu nostro,licet enim probabilissimum sit,veritatē qui est finis nostræ legis juramenti universaliter non obtinerit, & ostenderimus etiam esse finem unicum;hoc tamen tantum abest ab evidentia requisita, ut immò expresse negetur ab adversariis, qui non admittunt veritatem hoc medio ferè numquam elici, & plures alios in ipso fines reperire conantur, quorum aliquos recensuimus supra § *quarto* Quamobrem non solum non peccant mortalitèr Iudices sequentes legem in hac probabilissima quidem,sed adhuc non certa & evidenti finis unici Iuramenti cessatione, sed immò suæ obligationi deficerent ab ipsius delatione abstinendo. Requiritur enim certitudo malitiæ ad deferendam legem ut supra diximus *sect.* 2. §. *At pace* colligi ex *D. Thoma Prima* 2. *quæst.* 96. *art.* 6. *ad* 2. & *quæst.* 97. *art.* 2. *corpore*.

Ad quartum gloriam Iudicis non esse in adhibendis omnibus mediis ad finem, sed in eligendis aptis ad eius consequutionem.

253. Ad quartum dicimus tria illa motiva deferendi Iuramentum ultra illud utilitatis publicæ excogitata, nullo modo sufficere ad justificandam legem hujus delationis ; quoad enim primum Iudex constituere non debet suam gloriam

in

in eo præcisè quod constet omnibus mediis Iuridicis tentasse ueritatem elicere, sed in eo, quod de facto ut plurimum veritatem eliciat, & suum finem consequatur; intantum enim laudanda sunt media & ille qui utitur in quantum conducunt ad finem; quare si sint uniuersaliter ad hunc effectum inepta, ut est Iuramentum in casu nostro nullum potest considerari meritum in illis adhibendis, & ideò finis quod constet adhibita fuisse, non est sufficiens ad cohonestandam permissionem in proximo peccatorum, quod si ad excusandum Iudicem vis fiat in eo, quod medium Iuramenti sit à Iure præceptum, fatemur ut pluries diximus, hanc solam rationem suffragare illi posse, hæc tamen non militat pro Principe, qui legibus non est obstrictus, adeò ut ipse saltem non debeat consuetudinem abrogare.

254. Quoad secundum si ad euitandam notam seuitiei deberent semper præmitti media suauiora rigidioribus, hoc etiam probaret contra opponentes, & contra comunem praxim debere præmitti Iuramento simplices interrogationes non iuratas, negari enim non potest has esse suavius medium, cum reum obligent ad fatendum sub minori pæna, quàm Juramentum, non enim arctant nolentem fateri ad sacrilegium, sed solummodò ad peccatum contra Iustitiam, quod etiam à pluribus controvertitur; dicendum igitur est, quod ubi media suaviora sunt moraliter apta conducere ad finem in illis circumstantiis in quibus adhibentur, tunc charitas vere suadet præmittenda esse rigidioribus; quando verò inveniuntur ferè semper inefficacia, ut iu casu nostro ad suum finem consequendũ; tunc prudentia simul, & charitas prohibent illa adhiberi; prudentia siquidem, quia cum juxta *S. Thomam* suprà relatum *sect.* 1. *§. ordinatio* necessaria ad ipsam sit *recta electio illorum, quæ convenienter ordinantur ad debitum finem*, manifestum est; imcompatibilem esse cum electione mediorũ quæ cognoscuntur universaliter inepta ad dictum finem ut est Juramentum respectu veritatis eliciendæ, ad quam ordinatur, Charitas verò non patitur, reos defatigandos esse inutiliter mediis, quæ licet suaviora dicantur, non ideò torquere etiam desinunt arctando negantes ad sacrilegium, quod ut plurimum non evitatur.

Et ideò mitiora solum præferre debet rigidioribus sit sint æquè efficacia.

 Quo-

Digitized by Google

Nec adhibendæ sunt ab illo solemnitates protestativæ Divinæ Præsidentiæ ipsius nocent, quam prosint honori Dei.

255. Quoad tertium denique, quia solemnitates protestativæ Divinæ Præsidentiæ intantùm bonæ censendæ sunt, in quantùm cædunt in Gloriam Dei, cujus Judicium est ex quo sequitur non esse commendabiles illas, exquibus oritur ferè semper maximum præjudicium gloriæ Divini Nominis invocati, adeoque in Iuramento ex quo oriuntur universaliter innumere offensæ Dei, non posse inveniri justam causam permissionis scandali per hoc, quod videatur oriri aliquam gloriam Deo per protestationem ejus Præsidentiæ, quæ illicò destruitur per contemptum subsequens, & remanet protestatio contraria facto, quo quis immediatè operatur ac si Deus non præsideret.

Ad secundũ quod licet inevitabile esset in reis peccatum mortale mendacii, adhuc maximè utilis esset abolitio Iuramenti.

Cum enim reus peierans duplex peccatum committat, & contra Iustitiã, & contrà Religionem.

Hoc ultimum evitaretur.

Quod est idem, ac dicere, quod evitarentur multa millia gravium peccatorum.

256. Ad quintum, respondemus quod admisso etiam, reum non posse in Iudicio veritatem tegere sinè culpa mortali, adhuc maxima utilitas resultaret ab abolitione Iuramenti quandoquidem negatio rei post Iuramentũ emissum, non est unum peccatum tantùm gravius ut prætenditur, sed continet in se duo peccata mortalia specie diversissima, non quidem solùm quatenus hic idem actus prohibetur à dupplici lege, quod scimus non sufficere ad constituendam diversitatem specificam, sed quatenùs opponitur dupplici diversæ virtuti, nempè *Justitiæ* præcipientis obedientiam legitimo Iudici & *religionis* jubentis, Deum non fieri approbatorem mendacii quià talis oppositio arguit leges prohibentes esse specificè diversas quod est id, à quo desumitur diversitas specifica, & multiplicitas peccatorum. *Layman lib.1. de peccatis tract.3. cap. 2. num.* 1. & 2. ubi affert exempla, percutientis Clericum, & voluntariè se pollventis in loco sacro, quos dicit dupplex peccatum uno actu committere. Operantur enim contrà prohibitionem dupplicis legis specie diversæ quia positæ ex motivo diversarum virtutum *Justitiæ* scilicet, & *Castitatis* respectivè, & simul & semèl *Religionis Sanchez lib.9. disp.15. quæst. 1. de matrimonio. Vasquez disp.* 98. *cap.* 2. & ideò in qualibet falsa rei responsione ex duobus peccatis unum evitaretur, quod cum responsiones dolosæ sint plures in unaquaque caùsa, & causæ Criminales sint innumeræ in tot tribunalibus idem est ac dicere, quod evitarentur unoquoque anno multa millia gravium peccatorum.

Quod

257. Quod, & quantum sit in se ipso bonum, & quam utile Criminosis non est opus hic memorare, scimus enim quoad primum, quod quælibet levissima culpa benè, & prudenter redimeretur si redimenda etiam foret totius mundi ruina & quoad secundum ex fide habemus, quòd licèt unius culpæ reus perinde damnetur ex illa unica culpa letali, ac ex duabus; nihilominus secundum illud peccatum non minus illi stat, quam alia pœna æterna omnino diversa ab illa, qua cruciandus est pro primo peccato. Quod est maximè beneficium.

258. Sed quamvis perjurium parum noceret ex hac rationem inquisitis jam mortaliter peccantibus ex ipsa sola negatione, non ne sufficere deberet ad illud impediendum, maximum præjudicium, quod ex hoc infertur honori Dei, qui non solùm indirectè leditur, ut in aliis culpis, quatenus per illas contravenitur ejus legi, sed directissimè vulneratur quatenus non solùm lex Dei, sed Deus ipse contemnitur vocando veritatem ipsam in testimonium mendacii & ita *servire Deum faciendo in peccatis, & præbendo ipsi laborem in iniquitatibus*, ut conqueritur Isaiæ *cap.* 43. non ne censenda erit maxima utilitas de se ipsa impedire, ne offensæ Dei in uno quoque actu multiplicentur. Nec spernendâ ut respiciens Glorificationem Divini Nominis.

259. Verumtamèn verum non est, quod seòrsim à Iuramento reus peccet mortaliter in majori parte ejus negationum Iudicialium, & hoc etiàm ex comuniori sententia, cum enim receptissima opinio Doctorum. Quorum non paucos recensuimus supra *sect.* 2. §. *Dominum* quibus adde *D. Raynaldum in sua suppletione ad prescntem* controversiam quę sub prelo est qui adducit §. *mibi igitur Valer. Thom. Frances Cartar. aliosque* velit reum non teneri fateri ratione obedientiæ, donec sciat se legitimis præcedentibus inditiis interrogari sequitur quod in omnibus interrogationibus precedentibus contestationem criminum per quam inditia illi innotescunt, quæ sunt innùmeræ, cum hæc ultimo loco fiat; non peccet contra Iustitiam mentiendo, quarè peccatum mortale in his casibus tribuendum solummodò est juramento prestito, ex cujus Religione posito quod juraverit, tenetur fateri. Sed verum non est reū peccare mortaliter mentiendo in maiori parte negationū Iudicialiū. In præcedentibus enim contestationem & ideò scientiam inditiorum non tenetur fateri ex iustitia.

260. Absque eo quod contra hoc ultimum dici possit, quod

hoc casu nec etiam mentiendo pejerat, quia Iuramentum de veritate habet in se conditionē, quod obliget tunc solùm cū Iurans intelligit quod legitimè interrogatur. Raynal. in supplem. ad hanc materiā allegans plures, §. *mibi igitur*.

Nec dici potest, quod tunc, nec etiam pejeret, quamvis iuraverit.

261. Preterquam quod enim consuetudo quam dicunt DD. omninò observandā illud dandi in principio examinis, & ideò non de tempore contestationis tantùm, proptèr hoc præcisum motivum; quod adsit tunc frænum non mentiendi, quod non adesset, si non juraretur à principio, nam erubescentia retractationis posset facilè prevalere horrori perjurii jam emissi, *Felin. in cap. testibus extra de testibus num. 5. & 6. Panormitan. ibidem cum Saliceto, & aliis* Satis aperte contradicit & excludit conditionem istam, quod non obliget pro tempore quando datur, (alias esset inutile imponere reis frenum non occultandi delicta pro eo tempore quo non intenditur eorum manifestatio); certissimum saltem est inquisitos qui majori ex parte constant ex vilibus, rudibusque personis omninò ignaris huius distinctionis, peccare saltem ex conscientia erronea dictante ipsis Iuramentū æquè obligare in primis examinibus ac in examine contestationis, & ideò deberi peccatum mortale primarum interogationum soli Iuramento.

Conditio enim Iuramenti qua excusari vult à periurio, videtur excludi à Doctoribus.

Vel saltem rei illā ignorantes, peierant ex conscientia erronea.

262. Verùm pro examine quoque contestationis non desinit adesse opinio, & etiam valdè probabilis, quæ reum dispensat ab obligatione Iustitiæ fatendi delicta; ita quod mentiendo nec etiam tunc mortaliter peccet nec nititur levibus fundamentis, pretèr enim auctoritatem extrinsecam omnium ferè recentiorum illam amplectentium post *Card. de Lugo de Justitia tom. 2. d. 40. sect. 1. & 3. & Tamburrin. lib. 3. expl. Decal. cap. 4. §. 3. num. 5. de Juramento Judiciali* aducentem *Jo: Sanch. in sel. d. 43. num.* 23. cum doctoribus 22. habet etiam prò se assistentiam legis à majoritate rationis, quæ si prohibet fratrem, Patrem, sororem &c. deponere ad invicem contra se ipsos *l. 5. C. de testibus, & l. Julia ff. eodem* propter sanguinis conjunctionem; à fortiori censenda non erit velle obligare aliquem ad deponendum contra se ipsum, quo neminem quis habet conjunctiorem, quo casu peccata omnia negantium causarentur à solo Juramento.

Pro examine etiā contestationis, ad est sententia probabilis dispensans ab obligatione fatendi sub mortali.

Quæ non caret fundamento etiam legali.

Sed

263. Sed admiſſo etiam prò nunc quod contraria ſententia, quæ eſt communior, & probabilior ſit etiam verior in ſe ipſa; (placet enim ſempèr communiori adherere) ita quod rei verè teneantur in examine conteſtationis fateri ex obedientia Iudici debita, adhuc tamen fieri poteſt quod nec etiam tunc peccent in praxi contra iuſtitiam non confitendo, quandiù enim veritas iſta ſententiæ probabilioris non elucet illis clare, & ſinè ullo velamine, poſſunt ſequi tuta conſcientia, & ſe in praxi conformare contrariæ ſententiæ, etiam probabili, licèt minus *Navarr. in cap. ſi quis autē d.7. de penit Medina Prima 2.quaſt.16.art.6. dub. penult. Arrag. 2.2. quæſt.63. art.4. ibidem. Salon. controu.2. Lopez p. inſtr. c.120. Azor. tom.Primo lib. 2. cap. 16.quæſt. 3. & 4. Suarez tom. 5. diſp.40.ſect. 5. Guttierez lib. 1. can.q. q.c.13.n.22. Sanchez lib.2. de Matrim.diſp.41.num.9. & lib. 1. moral. cap. 9. num.14. Henriquez. lib.14. c.3. n.3.* immò in caſu noſtro confeſſarii, urgere non debent reos ad fatendum crimen *Layman lib.3.de juſt. tract.6. cap.5. n. 3. Sàver. judicialis actus de reo. num.6. Sot.lib.6. qu.5. art.2. coll.penult.* tunc enim licet negantes delicta non poſſint habere judicium ſpeculativum, & directum indubitatum quod liceat non confiteri ſtante contrarietate ſententiarum, in quas ſcinduntur DD.; poſſunt nihilominus formare hoc judicium practicum reflexum indubitatum ſe in hac ſciſſura opinionum non peccare negando, quia DD. vel confeſſarius affirmant ipſis, ſe poſſe in hujuſmo incertitudine ſequi quamcumque opinionem volverint eſto minus probabilem, cum etiam iſta in hoc caſu non careat ſufficienti probabilitate, adeoque ſtat bene ſimùl communiorem ſententiam obligare reum ad fatendum, & adhuc reum in praxi non peccare, ſi neget.

Hæc tamen etiam non admiſsa, non ideò rei neceſsariò tunc peccant non fatendo.

Cum enim tutum ſit in praxi conformare ſe ſententiæ probabili in conſpectu etiam probabilioris.

Poteſt quis inculpabiliter ſequi hoc judicium reflexum relicto directo ſuper merito quæſtionis etiam probabiliore.

264. Nec obſtat quod videatur hanc conſcientiam excluſivam peccati non poſſe amplius induci per opinionem minus probabilem poſt decretum fel. record. *Innocentii XI.* editum *ſub die 2. Martii 1679.* in quo prohibuit recedere à communi, & probabiliore opinione ob probabilem, ſicut etiam improbavit reſponſiones amphibologicas, quibus neceſſariò reus uti deberet in ſententia dicentium, poſſe licitè negare delictum, non enim concedunt poſſe mentiri cum ſcit ſe legitimè interrogari.

Nec huic conformationi adverſatur Innocetius XI.

Qui needamnat omnes reſponſiones amphibologicas.

 Quia

hoc casu nec etiam mentiendo pejerat, quia Iuramentum de veritate habet in se conditionē, quod obliget tunc solùm cū Iurans intelligit quod legitimè interrogatur. Raynal. in supplem. ad hanc materiā allegans plures, §. *mibi igitur*.

Nec dici potest, quod tunc, nec etiam peieret, quamvis iuraverit.

261. Preterquam quod enim consuetudo quam dicunt DD. omninò observandā illud dandi in principio examinis, & ideò non de tempore contestationis tantùm, proptèr hoc præcisum motivum; quod adsit tunc frænum non mentiendi, quod non adesset, si non iuraretur à principio, nam erubescentia retractationis posset facilè prevalere horrori perjurii jam emissi, *Felin. in cap. testibus extra de testibus num. 5. & 6. Panormitan. ibidem cum Saliceto, & aliis* Satis aperte contradicit & excludit conditionem istam, quod non obliget pro tempore quando datur, (alias esset inutile imponere reis frenum non occultandi delicta pro eo tempore quo non intenditur eorum manifestatio); certissimum saltem est inquisitos qui majori ex parte constant ex vilibus, rudibusque personis omninò ignaris huius distinctionis, peccare saltem ex conscientia erronea dictante ipsis Iuramentū æquè obligare in primis examinibus ac in examine contestationis, & ideò deberi peccatum mortale primarum interogationum soli Iuramento.

Conditio enim Iuramenti qua excusari vult à periurio, videtur excludi à Doctoribus.

Vel saltem rei illā ignorantes, peierant ex conscientia erronea.

262. Verùm pro examine quoque contestationis non desinit adesse opinio, & etiam valdè probabilis, quæ reum dispensat ab obligatione Iustitiæ fatendi delicta; ita quod mentiendo nec etiam tunc mortaliter peccet nec nititur levibus fundamentis, pretèr enim auctoritatem extrinsecam omnium ferè recentiorum illam amplectentium post *Card. de Lugo de Justitia tom. 2. d. 40. sect. 1. & 3. & Tamburrin. lib. 3. expl. Decal. cap. 4. §. 3. num. 5. de Juramento Judiciali* aducentem *Jo: Sanch. in sel. d. 43. num.* 23. cum doctoribus 22. habet etiam prò se assistentiam legis à majoritate rationis, quæ si prohibet fratrem, Patrem, sororem &c. deponere ad invicem contra se ipsos *l. 5. C. de testibus, & l. Julia ff. eodem* propter sanguinis conjunctionem; à fortiori censenda non erit velle obligare aliquem ad deponendum contra se ipsum, quo neminem quis habet conjunctiorem, quo casu peccata omnia negantium causarentur à solo Juramento.

Pro examine etiā contestationis, adest sententia probabilis dispensans ab obligatione fatendi sub mortali.

Quæ non caret fundamento etiam legali.

Sed

Digitized by Google

263. Sed admisso etiam prò nunc quod contraria sententia, quæ est communior, & probabilior sit etiam verior in se ipsa; (placet enim sempèr communiori adherere) ita quod rei verè teneantur in examine contestationis fateri ex obedientia Iudici debita, adhuc tamen fieri potest quod nec etiam tunc peccent in praxi contra iustitiam non confitendo, quandiù enim veritas ista sententiæ probabilioris non elucet illis clare, & sinè ullo velamine, possunt sequi tuta conscientia, & se in praxi conformare contrariæ sententiæ, etiam probabili, licèt minus *Navarr. in cap. si quis autē d. 7. de penit Medina Prima 2. quæst. 16. art. 6. dub. penult. Arrag. 2. 2. quæst. 63. art. 4. ibidem. Salon. controu. 2. Lopez p. instr. c. 120. Azor. tom. Primo lib. 2. cap. 16. quæst. 3. & 4. Suarez tom. 5. disp. 40. sect. 5. Guttierez lib. 1. can. q. q. c. 13. n. 22. Sanchez lib. 2. de Matrim. disp. 41. num. 9. & lib. 1. moral. cap. 9. num. 14. Henriquez. lib. 14. c. 3 n. 3.* immò in casu nostro confessarii, urgere non debent reos ad fatendum crimen *Layman lib. 3. de just. tract. 6. cap. 5. n. 3. Saver. judicialis actus de reo. num. 6. Sot. lib. 6. qu. 5. art. 2. coll. penult.* tunc enim licet negantes delicta non possint habere judicium speculativum, & directum indubitatum quod liceat non confiteri stante contrarietate sententiarum, in quas scinduntur DD.; possunt nihilominus formare hoc judicium practicum reflexum indubitatum se in hac scissura opinionum non peccare negando, quia DD. vel confessarius affirmant ipsis, se posse in hujusmo- incertitudine sequi quamcumque opinionem volverint esto minus probabilem, cum etiam ista in hoc casu non careat sufficienti probabilitate, adeoque stat bene simùl communiorem sententiam obligare reum ad fatendum, & adhuc reum in praxi non peccare, si neget.

Hæc tamen etiam non admisa, non ideò rei necessariò tunc peccant non fatendo.

Cum enim tutum sit in praxi conformare se sententiæ probabili in conspectu etiam probabilioris.

Potest quis inculpabiliter sequi hoc iudicium reflexum relicto directo super merito quæstionis etiam probabiliore.

264. Nec obstat quod videatur hanc conscientiam exclusivam peccati non posse amplius induci per opinionem minus probabilem post decretum fel. record. *Innocentii XI.* editum *sub die 2. Martii 1679.* in quo prohibuit recedere à communi, & probabiliore opinione ob probabilem, sicut etiam improbavit responsiones amphibologicas, quibus necessariò reus uti deberet in sententia dicentium, posse licitè negare delictum, non enim concedunt posse mentiri cum scit se legitimè interrogari.

Nec huic conformationi adversatur InnocētiusXI.

Qui nec damnat omnes responsiones amphibologicas.

265. Quia præfatum edictum verè non adimit reis hanc libertatem sequendi opinionem etiam minus probabilem in casu nostro; in quatuor enim propositionibus, quæ damnantur super hac materia probabilitatis, non damnatur nisi indebita extensio, & abusus hujus sententiæ, quod liceat sequi opinionem minus probabilem, improbat enim Pontifex, in prima quod hoc possit fieri in materia Sacramentorum; in secunda à Iudicibus, in judicando, in tertia quod unusquique generatim possit inniti probabilitati quamtumvis tenui, & in quarta, quod possit hoc fieri in materia amplectendæ fidei, ceterum non damnat sententiam ipsam in aliis casibus, propositiones enim damnatæ juxtà decretum ipsum earum damnationis intelligendæ sunt sicuti jacent; In nostris verò terminis sumus extrà casum extensionum, & abusuum damnatorum.

Vt ostenditur, tum respectu materiæ probabilitatis.

266. Quoad verò responsiones amphibologicas opus illis non est ad evitandum peccatum mortale mendacii, sed solùm perjurii: in dicta enim mitiori sententia *de Lugo*, & aliorum si reus mentiatur non exindè peccat mortalitèr, quià non facit contra Iustitiam cum non teneatur fateri; ad evitandum verò perjurium si aliundè per accidens non redderentur inutiles in Iudiciis ut ostendemus infra §. *secunda autem via* verè reddi; possent adhuc adhiberi non obstante *vigesima septima* propositione præfati edicti, Amphibologiæ enim, quæ ibi damnatur; sunt superius memoratæ à Pontifice in propositione 26. scilicèt quæ involuunt restrictionem mentalem, non quæ separantur ab illa ut colligitur ex verbis propositionis *ibi causa justa utendi his Amphibologiis*, quod verbum *his*, dicit manifestè relationem ad illas superius enunciatas, & ideò ad restrictiones mentales de quibus solis fuit sermo in dicta propositione 26. & tradit *Carden. dissert.* 19. *cap.* 3. & 8. & *cap.* 4. *num.* 35.

Tum respectu harum amphibologiarum.

267. Ad id autem, quod dicitur ex abolitione Juramenti posse oriri hoc malum, quod rei intrent in opinionem, se non teneri fateri, etiam cum legitimè interrogantur.

Abstinendum non est ab abolitione Iuramenti per hoc quod rei arbitraturi tunc sint, se non teneri fateri cum legitimè interrogantur.

268. Omisso quod hæc eorum opinio esset vera, secluso enim Juramento possunt in praxi sine peccato mortali non confiteri, dato etiam quod speculativè tenerentur quia jux-

juxtà nuper dicta possunt in praxi adhærere etiam opinioni minus probabili, utinam deindè replicamus, utinam intrarent in hanc opinionem; Cum enim in his temporum circumstantiis horror culpæ sit ferè semper inutilis ad detegenda delicta, ut pluribi vidimus, melius esset quod rei crederent non obligari ad fatendum, ita enim occultatio criminis ex conscientia saltem erronea non noceret animabus ipsorum.

Hoc enim bonum potiùs esset, ut ostenditur.

269. Ad sextum negare non possumus plures esse Amphibologiarum modos, quibus generaliter loquendo permissum est uti ad saluanda mendacia, & perjuria, etiam post condemnationem propositionir 27. *Innocentii XI.* ut nupèr ostendimus, nihilominus per accidens in Judiciis Criminalibus dicimus, nullum ipsorum esse aptũ producere hũc effectum, quod sic brevitèr demonstramus ab exclusione illorum, quos tradunt DD. hoc faciendi.

Respondetur ad sextum amphibologias non posse per accidens in decursu examinum Iudicialium salvare reum ab omni mendacio.

270. Ex pluribus enim, quos videre est diffusè apud Cardena *dict. dissert.* 19. duo tantùm videri possent accomodabiles casui nostro; primus esset, quod reus sumeret verba, quibus negat delictum *materialiter* per antepositionem vocis *dico*; v.g. *dico* me non furatum esse, non intelligendo dicere id quod verba significant, sed verba ipsa. Secunda, quod negaret absolutè delicta, non quidem distrahendo res, de quibus interrogatur ad aliquid impertinentèr se habens ad interrogationem, sed respondendo ad mentem interrogantis, scilicet *non furatus sum* retinendo in mente *ex obligatione fatendi, ut puniar, ut tibi dicam*, vel similia intenta à Judice interrogante.

Ex duobus enim modis, quæ suffragari possent in Iudicio.

271. Cum aliæ viæ adhibendi circumlocutiones, verba equivoca, vel non equivoca, quæ tamen solent usurpari in diversis significatibus, metaphorica, vel determinata à signo aliquo externo, & similia latè explicata ab eodem *Cardena ubi supra*, quæ brevitatis gratia non recensentur, sint omninò In Judicio inutiles; tùm quia Judex facit illico explicare voces, in quibus suspicatur latere duplicem sensum; tùm quia verba æquivoca, metaphorica, & cœtera supradicta non semper abundè suppetunt, cum ex illis pauca solummodò inveniantur, nec facilè occurrere credi possint menti rei, turbatæ ex metu penæ, & conscientia culpæ, ut percurrenti dictum auctorem ultrò patebit.

Cum alii sint ibi inutiles.

Neu-

Digitized by Google

Neuter habet hanc vim.

272. Neutra autem ex primis duabus viis salvare potest à mendacio, & ita per accidens non dabitur modus in Iudicijs Criminalibus evitandi perjurium.

Non primus per vocem (dico.)

273. Non prima per vocem *dico*, tùm quia cum in quacumque responsione repetenda sit, nimis difficile redditur, quod Iudex non aliter suspicetur, quod sufficit ad reddendum omninò inutile simile subterfugium, tùm præcipuè quia post condemnationem memoratæ propositionis 26. *Innoc. XI.* doctrina Caramuelis, qui longè ante scripsit, debet esse valdè suspecta, videtur enim redolere, immò formaliter includere restrictionem mentalem, nàm ut colligitur ex *Cardena dict. dissert.* 19. *cap.* 3. *per tot.* & *cap.* 4. *num.* 35. & 36. dictæ restrictiones per nihil aliud differunt à puris amphibologijs, quam quod amphibologiæ sunt quædam additiones, vel diminutiones in mente retentæ alicujus sensus verbis, quæ pronunciantur cum fundamento tamen in re, naturæ ipsarum vocum, mentis Iudicis interrogantis, vel aliarum circumstantiarum facti, restrictiones autem sunt pariter additiones, vel diminutiones præfatę, sed sine fundamento in re, distrahendo mentalitèr rem, de qua quis interrogatur ad aliquid omninò impertinens ad interrogationem. In casu autem nostro cum dicitur, *dico me non furatum esse*, nullum est fundamentum in re sumendi illa verba materialitèr prout sunt, non prout significant, immò directè fit contra naturam ipsarum vocum, quæ institutę sunt pręcisè adhunc effectum significandi; quare est distractio vocum omninò impertinens contra mentem Iudicis, & ordinationem ipsarum, & ideo evitare, non potest censuram restrictionum mentalium.

Vt ostenditur.

Non secundus respondendi ad mentem interrogantis.

274. Secunda autem via respondendi ad mentem interrogantis, nec etiam suffragari valet, quia etsi propositiones negatiuæ omnes salvari possint hoc medio, potest enim cum veritate dici *non sum furatus* intelligendo ex obligatione fatendi, ut puniar, ut tibi dicam, quæ omnia sunt ex intentione judicis; Affirmativæ tamen omnes quarum voces non involvunt natura sua dupplicem significationem æquivocam, aut analogam, ut *canis*, & similia, quorum paucissimæ inveniuntur, non possunt verificari per aliquid in mente retentum, quod sit ad mentem interrogan-

Vt paritèr demonstratur.

gantis; vel habeat aliquod aliud fundamentum in re, per quod excludatur restrictio mentalis; non enim interrogatus, v.g. quid fecerit tali hora qua prætenditur sequutum delictum potest dicere interfui sacro in Ecclesia prætendendo, quod hæc propositio si falsa est salvetur per hoc quod retineantur hi sensus in mente *ut tibi dicam*; *ex obligatione fatendi*; *Ne puniar*; si enim verè missam tunc tempore non audivit semper falsum est audivisse, siue obligetur ad fatendum, siue non, & ad hoc ut puniatur, & non ad hoc ut puniatur, & ad dicendum, & ad non dicendum, responsio autem per propositiones affirmativas non potest evitari in examinibus iudicialibus, in quibus reus non solum interrogatur de aliqua re particulari utrùm fecerit, vel non fecerit, sed insuper jubetur narrare quomodo, de quo tempore, in quibus circumstantiis fecerit, quæ narrationes necessario componuntur ex propositionibus affirmativis, & negativis; Per quæ patet non posse per accidens evitari perjuria ope amphibologiarum.

275. Præterea applicari possunt tria illa quæ replicantur in discursu ad aliud simile obiectum, nempe quod rei licet, uti possent aliqua ex ipsis amphibologijs; cum tamen sint ut plurimum rudes non eas percipiunt, & de facto non utuntur; Quod si verè sufragaretur reis ad evitandum peccatum hæc via equivocationum, & amphibologiarum tollendum esset juramentum ab omnibus examinibus ante contestationem ut superfluum, & ideo inhonestum; Et denique quod delatio juramenti esset injuriosa; per ipsum enim exigeretur à reo sub culpa, quod ipse sub eadem culpa non tenetur dare posita etiam exactione.

Præter quam quod tribus alijs rationibus adductis in discursu evincitur licitum usum amphibologiarum suffragari non posse Iuramento.

276. Ad septimum replicamus, quod id quod dicitur omnia possibilia esse gratie Dei, non excludit moralem impossibilitatem nõ peierandi à nobis assertam, quia quando dicimus esse moraliter impossibile, quod rei non mentiantur, non consideramus moralem impossibilitatem seorsim pœnès gratiam Dei, nec seorsim pœnès vires proprias reorum; in primò, enim sensu impia esset nostra propositio, & hæretica, in secundo falsa, aut saltem impropria, quia reus seorsim à Gratia Dei non haberet moralem, sed phisicam impossibilitatem iuxtà illud *Ioan. cap. 6. vers. 44. Nemo potest venire ad me nisi pater, qui misit me traxerit eum*, sed conside-

Ad septimum respondetur nos non statuisse moralem impossibilitatem non peierandi supposita Gratia speciali Dei.

ſideramus gratiam Dei, prout exigit humanam coopera-tionem, & vires humanas, prout indigent gratia Dei ad benè operandum; In hac acceptione non ſufficit, quod gratiæ Dei non ſit impoſſibile omne verbum, adhoc ut rei non peierent in judicio, ſed requiritur quod illis non deficiat gratia ſpecialis, vel quod cooperentur ſufficienti; in hac autem non deficientia reſpectiuè, & cooperatione ſtatuimus moralem impoſſibilitatem in ipſis non peierandi, cum certum moralitèr ſit, quod non dabitur ex parte Dei maiori parti reorum Gratia illa ſpecialis, quæ ſolita eſt reportare conſenſum, (alioquin ſi vniuerſaliter daretur, non deberet amplius dici ſpecialis, ut notavimus ſupra,) & paritèr quod maior pars reorum non cooperabitur ex parte ſua ad reddendam efficacem Gratiam illam ſufficientem, quæ illis dabitur, cum nemini deſit; Hanc autem moralem certitudinem, quæ cauſat moralem impoſſibilitatem non peccandi, colligimus à poſteriori ex eo quod noſtris temporibus adeò diminuta eſt devotio, & fervor ille primorum fidelium, ut nunquam, vel ferè nunquam contigerit in circumſtantijs caſus noſtri euitari peccata; benè enim dicitur moralitèr impoſſibile, quod nunquam, vel ferè nunquam contingit.

Sed illam conſtituiſſe in maxima difficultate hanc gratiam obtinendi, & illi cooperandi.

277. Quod ſi priſcis temporibus frequentiùs videbantur hi tranſitus heroici inſtantanei de extremo ad extremum, hoc tribuendum eſt Gratiæ victrici Dei, qui ad confirmandam naſcentem fidem nondùm ſatis firmam, *faciebat potentiam in brachio ſuo*, & dabat frequentius illa auxilia, quæ prævidebat non eſſe fruſtanda, & ideò deerat hæc moralis impoſſibilitas, ſicuti deeſſe dicimus etiam nunc in illis nationibus, (ſi tamen adſunt) apud quas prætenditur rariſsima eſſe in Judicijs perjuria, dabitur enim illis inſcrutabili Dei conſilio gratia illa ſpecialis, quæ olim Gentilibus tribuebatur ad martirium ſubeundum; niſi potius ſuſpicandum ſit, quod veritatem fateantur non in obſequium iuramenti, ſed ex aliis motivis temporalibus ſupra memoratis, veriſsimile enim non eſt, Deum tribuere, ut plurimum auxilia efficacia, quæ requiruntur ad talem actum heroicæ virtutis, præcipuè ſi agatur de hæreticis, vel infidelibus, Ut procul dubio eſſe debent nationes illę de quibus eſt ſermo; in regionibus enim Catolicis cognitis neſcitur ubi reperiatur tam maxima virtus. Ad

Adeſt autem ratio cur hæc priſcis temporibus frequentiùs tribueretur.

Quoad nationes, quæ etiam nunc dicuntur raro peierare ad ſalvandam vitam.

Non caret fundamento ſuſpicio, quod fateantur ex aliis motivis quã Religione Iuramenti.

278. Ad id verò quod dicitur non requiri ſemper heroicam virtutem ad fatendum in præiudicium propriæ vitæ, quia rei poſſunt moueri ex multis aliis temporalibus motivis, metus tormentorum, ſpei miſericordiæ Principis, & ſimilium; dicimus, quodſi mouentur ex his motivis, jam non moventur ex vi Juramenti; quo caſu licet non requiratur heroica virtus, quam nos diximus eſſe neceſſariam adhoc, ut rei fateantur in obſequium Dei; Juramentum tamen erit ſuperfluum, & omninò inutile, & ideò aliundè tollendum: Quod ethnicos attinet, & plures hæreticos, qui dicuntur maluiſſe mori, quam peierare jam diximus quoad primos incertum eſse quo fine moti fuerint, an ex motivo offenſæ Dei evitandæ; an ſimplicis vanagloriæ in fortitudine oſtentanda, & virtute, quod ultimum eſt profectò veriſimilius, cum nimis improbabile ſit, quod gentibus non agnoſcentibus verum Deum, tribuatur gratia illa ſpecialis, quam diximus omninò requiri; Inter hæreticos autem prò ſua fide morientes potuit prævalere temporale motiuum honoris, & gloriæ futuri cultus quod non militat in noſtris reis, qui immò ex confeſsione delicti, & ſupplicio, quod ſubire coguntur, acquirunt infamiam; præterquam quod de maiori parte ethnicorum, & hæreticorum non oſtenditur quod non curaverint vitam in obſequium ſacramenti, ſed ſolum in aliquibus conſtat hoc contigiſse, nos autem aſserimus impoſsibile moraliter eſſe non unum, aut alterum, ſed maiorem partem reorum non pejerare.

A qua ſi reus movetur contra propriam vitam habere debet heroicam fortitudinem.

Si movetur ex aliis motivis, iuramentum tollendum, ut ſuperfluum.

Ethnicos, & Hæreticos faſſos in tanto diſcrimine veriſimile eſt motos fuiſſe à motivis, quæ recenſentur.

279. Ad Octauum nō admittimus quod Juramentum ſit medium aptius, & quandoque etiam neceſſarium, non enim aptius medium dici meretur illud, quod de ſe eſt ſufficiens in comparatione illius, quod non ſufficit niſi juncto adminiculo, ſed illud quod plus ſolet conducere ad finem obtinendum, ſiuè conducat ex ſufficientia ſua, ſiuè ope alicujus adminiculi, à quo non ſoleat diſiungi, nàm aptitudo medij conſideranda ſolum eſt in ordine ad finem, & ideò eſto quod juramentum de ſe ſit ſufficiens, tortura autem indigeat ratificatione, quia tamen finis confeſſionis rariſſimè obtinetur medio ſolius Juramenti, ſepiſſimè autem metu tormentorum accedente ratificatione, hinc eſt quod nullo modo poterit dici medium aptius reſpectu torturæ. Pre-

Reſpondetur ad octauum negando Iuramentum eſſe medium aptius reſpectu torturæ.

Digitized by Google

Quæ potest etiam dici de se sufficiens ad eruendam veritatem.

281. Preter quamquod posset dici etiam tortura de se sufficiens ad eruendam veritatem quatenus solet esse causa non solùm confessionis sed etiam ratificationis ex eo quod nisi reus ratificet, scit se denuò, iterumque torquendum.

Similiter non est medium saltem uniuersaliter necessarium.

281. Nullo autem modo debet præscribi uniuersaliter, & indistinctè à lege tanquam medium necessarium, quia dato etiam quod tale esset in raris illis casibus in quibus reus torqueri non potest, ut plurimum tamen necessarium non est, quia reus ut plurimum non est incapax tormentorum, lex autem cum sit de uniuersalibus debet accomodari ad id quod accidit in tota Uniuersitate, uel maiori parte illius, non uerò respicere aliquos casus particulares tantùm, & ad consulendum illis, præcipere uniuersaliter inutilia, & communitati perniciosa. Ut in terminis juramenti *ait Imper. auth. ut sine probit. matr. §. quia verò.*

Immo nec etiam in iis, qui torqueri non possunt.

282. Absque eo quod non admittimus, nec etiam in iis, qui torqueri non possunt hanc necessitatem Iuramenti, necessarium enim dici non potest ad aliquem finem, quod nunquam, uel ferè nunquam conducit ad illum obtinendum; sic autem se habet delatio Iuramenti quæ rarissimè conducit, ut vidimus ad finem immediatum eruendæ veritatis, nunquam verò ad primarium. & principalem impediendi delicta in publicum bonum, quia ad hunc effectum punitio unius, uel alterius suprà innumeros, qui aliunde puniuntur, nihil operatur, & est moraliter acsi non esset, ut patet experientia in Ditionibus memoratorum Principum, qui iurari non sinunt, in quibus maiora delicta non sequuntur, quàm alibi, ubi viget nostra consuetudo, & quies publica, aut nullum ex hoc agnoscit, aut nullum patitur detrimentum iuxta superius dicta *sect. 2. §. hoc autem accidit.*

Et affertur ratio.

Nec est necessariû ad seruandam equalitatem inter reum accusatum, & testes accusantes, qui iurant.

283. *Nec* releuat ad probandam hanc necessitatem, quod secluso Iuramento nimis tribueretur reis, qui torqueri non ualent, quia plus crederetur ipsis non iuratis, quam testibus, qui contra ipsos iurare coguntur; omisso enim quod hoc argumentum solui etiam debet ab opponentibus; plus enim semper tribuitur reis etiam iuratis, quam testibus; quia si deberent ita exactè equi ponderare

rare defensiones rei cum probationibus testium, damnandus etiam esset negans cum Iuramento si habeat contra se unum testem iuratum, huius enim testimonium nullum interesse habentis in condemnatione inquisiti, immò qui seuere punitur de calumnia, & periurio, multum præualere meretur dicto Iurato rei, tam magnum interesse habentis in negatione, & de Iure immunis à pœna falsæ depositionis & periurii; iuxta DD. allatos in discursu *§. respondetur tertio prope finem.* Vt ostenditur.

284. Hoc inquam omisso verum deinde non est, quod, equè debeat deferri testibus ac reo, cum agitur de illius punitione, licèt enim in Iudiciis sit seruanda equalitas, hoc tamen non millitat quando adest periculum condemnandi innocentem; quod periculum tunc maximè inuenitur, cum probationes & defensiones equaliter pugnant, & de facto in statu Ecclesiastico nisi reus fateatur, & alibi, nisi eius defensiones ità longè superentur à probationibus, ut per plures testes fide dignissimos conuincatur, pæna ordinaria non afficitur; quare non est opus Iuramento reorum ex hoc motivo quod seruanda sit æqualitas accusationis, & defensionis.

285. Ad nonum quoad textus enunciatos *§. Sacri quoque* discursus D. Aduocati patet responsio ex dictis *sect. 1. §. legem vero, & §. cap. cum dilecti*, ubi ostendimus in textibus adductis non præcipi, aut aprobari Iuramentum de veritate dicenda in Iudiciis Criminalibus, Constitutiones autem, quæ nunc afferuntur, non magis illi fauent *cap.* enim *qualiter, & qvando il primo de accusationibus* loquitur expressè de testibus, non uèro de reis principalibus, ibi enim Pontifex tradit formam Juramenti iniungendi Clericis non contra seipsos sed super iis, quæ credunt esse reformanda in sua Ecclesia, tam in capite quàm in membris, ut videre est ibi *§. formam uerò*, quæ litteralis dispositio textus non potest extendi ad iuramentum reorum principalium, per id quod, *ibi* dicatur, *volumus in similibus obseruari*, cùm enim casus testium, & principalium sit ualde dissimilis, ut ostendimus in nostro discursu *§. respondetur tertio. DD.* explicantes *Ly in similibus*, non faciunt quæstionem, utrum ex vi illius verbi extendi debeat Iuramentum ad reos principales, sed solum-

Respondetur ad nonum Canones allatos non iubere, aut approbare, sed solùm permittere Iuramentum.

Quia cap. qualiter & quando loquitur de testibus

K modo

modò an deferendum sit Iuramentum de mera, & plena veritate, tum in inquisitione generali qui est casus textus, tum etiam in particulari de certis criminibus, & attenta dispositione huius canonis comparata cum illa subsequentis *capituli cum dilecti*, scinduntur in uarias opiniones, nunquam tamen loquendo de Iuramento reorum.

Nec diuersimodè intelligendi sunt sentire Abb. Socinus & Barbosa illud exponentes.

286. Quod si *Abbas, Socinus, Barbosa, & alii* in hoc capitulo dicunt ibi poni formam, & doceri practicam recipiendi Iuramentum ab inquisitis, seu à testibus (per quod prætenditur, sensisse quod comprehendantur in eius dispositione etiam Rei principales, nihilominus per illud verbũ) *Inquisitis*, credere non possumus intellexisse reos, contra quos inquiritur sed testes à quibus inquiritur; optimè enim hoc sensu venire possunt & hi ultimi sub nomine inquisitorum; in nihilo obstante quod videatur in casu nostro contrarium insinuare particula illa *seu* adhibita ab Abb. Panorm. dicente *ab inquisitis seu a testibus*, nam Ly *seu* stat illo loco demonstratiuè, non uerò ampliatiuè, alias esset additio legi non explicatio; manifestè enim dictus textus loquitur de Clericis interrogandis non contra se ipsos sed super statu Ecclesiæ, ut ad propositum bene aduertunt *Jo. Anan hic §. formam & Felinus in cap. cum dilecti* qui dicunt expressè canonem illum loqui de testibus & quod *Barbosa aliiq; DD.* etiã supra allati dicentes loqui de inquisitis, intelligant de testibus, non uerò de reis, patet ex subsequentibus verbis ipsius Barbosæ; dicit enim *formam Juramenti quam inquisitores exigunt ab inquisitis esse ut Clerici super iis, quæ sciunt super statu Ecclesiæ iurent meram, & plenam dicere Inquisitoribus Veritatem*, per quod patet nomine inquisitorum intelligerè Clericos, & ideò testes, tales enim sunt clerici in casu, de quo agitur.

Non obstante quod Abbas dicat textum loqui de Iuramento recipiendo ab inquisitis seu à testibus.

De his pariter loquitur cap. licèt Heli.

287. Pariter *capitulum licet Heli* loquitur ità clare de testibus; ut non sit opus aliquid addere ultra ipsius verba; dicitur enim ibi *Omnes monachos, qui vel cum ipso uel contra ipsum* (scilicet Abbatem Pomposianum accusatum de Simonia periurio, & dilapidatione) *accesserant Juramenti uinculo adstringentes, ut de proposito plenam, quam scirent, exponerent veritatem*; nec à nobis dissentiunt exponentes. Con-

Constitutio *Martini V.* edita in Concilio Constantiensi loquitur de Iuramento purgatiuo dando non inquisitis, contra quos adsunt inditia & probationes de heresi, sed solummodo de ipsa suspectis, & diffamatis, ut clarè insinuatur *ibi.* §. 9. *qui autem*, & §. 11. *verum*. Constitutio MartiniV. loquitur de Iuramento purgativo.

288 Scaccia denique non querit de juramento de veritate dicenda utrū possit per contrariam consuetudinem legibus illud inducentibus derogari;sed de juramento Calumnię quod verè lege cavetur,licet nunc de consuetudine Reo in criminalibus non deferatur. Quoàd dictamen naturalis rationis insinuantis, suaviora media esse præmittenda rigidioribus, abunde dictum fuit suprà hoc non procedere,quandò ex suavioribus nullū prudenter sperari potest beneficium, sed immò certum moraliter damnum; paritas autem de chirurgo mirè retorquetur; ab omnibus enim meritò argueretur; si sciens cataplasmata nunquam, vel fere nunquam in talibus circumstantiis conduxisse ad sanandum aliquod vulnus; semper autem, vel ferè sempèr nocuisse infirmo,esto etiam infirmi culpa; non adhiberet immediatè ferrum ignemque, ex quibus ut plurimum expertus fuisset obtinuisse suum finem salutis restituendæ. Scaccia autem ubi allegatur, de Iuramento calumniæ. Ostenditur delationem Iuramenti non insinuari à dictamine naturalis rationis.

289 Ad decimum dictum est suprà, *Sect. secunda* §. *Gomez* quod DD. recensent penas graves triremium perpetuarum, triremium ad tempus, perpetui carceris, aliarumque corporis valdè afflictivarum inter res circa quas summè difficilè obtemperatur legi illas mediate, vel immediate inducenti, Et illi qui dispensant ab obligatione legis cum agitur de morte, dispensant etiam cum agitur de supradictis pœnis ut ibi videre est; quod clare, ostendit ipsos opinari quod licet major sit difficultas in contemnenda vita quam in non curandis aliis pœnis,differentiam tamen difficultatis non esse valde notabilem quoad producendum effectum non obtemperandi legi, si hæ pœnæ sint valde afflictivæ,quod comprobatur etiam experientia gravium religiosorum sacramenta in carceribus ministrantium,qui asserunt infinita esse reorum periuria & quotidie clamant tollendam esse hanc praxim jurandi, quod manifeste demonstrat, non minora perjuria sequi ubi non agitur,quam ubi agitur de pœna capitis, in majo- Respondetur ad 10. differentiam difficultatis fatendi, non deprehendi valdè notabilem, cum agitur ad pænā sanguinis ac cum ad alias afflictivas. Vt experientia docet, ministrantes sacramenta in carceribus.

ri enim parte causarum, in quibus constat reos pejerare non agitur de pœna sanguinis & ideò licet *Marsilius* & alii locuti fuerint de casibus ubi intrat mors, intelligendi tamen non sunt exclusive ad alios casus in quibus doctores allati loco citato sentiunt æque difficile reddi reis in praxi observationem legis, & adhærendum est experientiæ Fantoni & aliorum, quibus indistincte compertum fuit reos pejerasse cum agebatur de pœnis valde afflictivis ut constare etiam poterit curiosè percurrenti acta criminalia Tribunalium Urbis, in quibus statim ac agitur de pena aliquantulũ gravi subeunda, videntur rei a principio vel in decursu examinis deficere & præcipue in interrogatorio illo *Utrum sciant vel excogitare valeant causam suæ vocationis aut carcerationis* ut dictum est supra.

Et Iudices quotidie experiuntur.

Ad 11. respondetur non deberi præcisè Iuramento, quod confessio rei reuocari nõ possit.

290. Ad undecimum dicimus reum non posse suam confessionem judicialem juratam impugnare, seu revocare nisi docto de errore, non quidem ex vi juramenti, sed ex natura ipsius confessionis, quæ etiam non jurata est irrevocabilis si emanaverit coram legitimo judice *cap. per tuas de probationibus Aylon. ad bom. par. 3. cap. 12. num. 5.* quia non potest deficere non deficiente consensu; consensus autẽ non deficit nisi dato errore *Bald. in l. 1. n. 49. C. de confess. Farinac. quæst. 81. nu. 315. 317. 333. & per tot.* Ubi loquens de cõfessione pariter non jurata, dicit admitti debere revocationem confessionis erroneæ, & non admitti si error calumniose proponatur; ratio autem cur æque sit irrevocabilis non docto de errore confessio jurata, ac non jurata est quia in criminalibus robur non accipit a juramento sed a verificatione *Paris. de Put. de sindic. verb. confessio cap. 1. num. 5. Soccin. in cap. qualiter & quando il 2. num. 953.* & 1102. *vers. si verò de accusat*& ideò in hoc nulla considerari potest utilitas juramenti.

Excusari autem non prohibetur propter Iuramentum. nisi quis iuraverit meram, & plenam dicere veritatem.

291. Quoad excusationes verò ipsius confessionis quæ illam non perimunt, de quibus est quæstio in d. *cap. cum dilecti* & loquuntur ibi DD. exadverso allati; hæ solũmodo sunt juxta ipsos reiciendæ casu quo quis juraverit meram & plenam dicere veritatem, non verò cum juratur simpliciter de veritate dicenda, ut in nostra consuetudine, non enim ideò præcisè Pontifex in primo casu textus prohibet admitti hujusmodi excusationes quia interfuit jura-

men-

mentum nam regulariter confeſſio etiam jurata recipit excuſationem *cap. cum in poſitionibus de jur. jur. in 6. Abbas in d.cap.cum dilecti num.4.& 13.in fine* ſed quia juratus ſub illa forma meræ & plenæ veritatis dicendæ, nihil à principio tacere debebat quod ipſum factum attingeret & nihil admiſcere falſitatis *Abbas ibidem num.* 3. quamobrem juramentum nec etiam ex hoc capite non admittendæ excuſationis quæ confeſſionem non perimit, habet aliquod utilius pro Fiſco ſimplici confeſſione ſine ipſo emanata; Excuſationes autem quæ confeſſionem perimunt, concedimus ex textu & D.D. exadverſo congeſtis non eſſe admittendas, nec etiã poſt juramentum ſimplicis veritatis dicendæ,ſed hoc non procedit ex vi præciſe juramenti,ſed ex natura ipſius excuſationis, quæ vere non eſt expoſitio ſed revocatio confeſſionis quam diximus fieri non poſſe,nec etiam in confeſſionibus non juratis,niſi doceatur de errore;adeoque quocumque modo res ſumi velit,nullum in hoc adeſt beneficium juramenti.

Propter naturam hujus formulæ.

Excuſatio autem, quæ perimit, non admittitur non eo quia adſit Iuramentum, ſed quia eſt revocatio.

292. Aſt poſito etiam quod ex juramento reportaretur hoc commodum præ. ſimplici confeſſione;quod nam quæſo eſſet abſurdum ſi Princeps tollendo illius conſuetudinem ſtatueret ſimplicem confeſſionem judicialem rei non juratam,eamdem vim habere debere,eademque privilegia favore fiſci, quæ nunc habet ſi ſit juramento vallata?nullum profecto reo præjudicium,nullum reipublicæ damnũ nec diverſimodè docet experientia,qua conſtat non minus rectè & feliciter juſtitiam adminiſtrari Florentiæ,ubi occaſione abrogationis juramenti de veritate dicenda,declaratum fuit quod eamdem vim in poſterum idemque robur habere debeat confeſſio non jurata reorum, ac ſi cum juramento emanaſſet ut in lege ſeu edicto deſuper lato ibi -- *e confeſſando s'babbia la lor confeſſione in loro pregiuditio per valida e irretrattabile come ſe foſſe emanata mediante il giuramento*: Quare hujuſmodi ſuppoſitum beneficium, cum poſſit aliunde haberi, conſiderandum non eſt ad effectum confirmandi praxim juramenti,comparative ad tot præjudicia, quæ evitari non poſſunt ſine ipſius ablatione.

Sed dato etiam hoc præiudicio, poteſt illi obviari per declarationẽ Principis,quæ hic enunciatur.

Vt actum fuit Florentiæ occaſione abolitionis huius praxis ibi ſequtę.

Digitized by Google

Epithomæ loco Indicis totius responsionis & materiæ.

1. ABsoluta confutatione objectorum omnium, quæ contrà nostrum assumptum vidimus excitata, recolligenda breviter remanent principaliora fundamenta nostræ sententiæ, ut quemadmodùm irregulariter iacta, & pluries etiam repetita juxta exigentiam oppositionũ, quarum legibus arctabantur ad responsionem; meliùs ostendere poterant insubsistentiam earumdem, ita nunc in unum ordinatè collecta, validius comprobare valeant, ac suaderæ veritatem opinionis, quã duximus pro veritate tuendam; quarè hæc illa brevitèr recolendo, dicimus iterum legem Juramentum precipientem, per quam coguntur Judices etiam inviti illud tradere omnibus indistinctè personis, & in quibuscumque circumstantiis, esse omninò abolendam à Principe, vel ex debito tollendæ consuetudinis per accidens malæ, & damnosæ, vel ex convenientia abrogandæ praxis saltèm inutilis ad obtinendum suum finem.

2. Hanc conclusionem vidimus habere locum in utroque casu, in quo potest revocari in dubium aptitudo, & bonitas Juramenti de veritate dicenda, videlicèt considerando ipsius delationem, & pro omnibus examinibus præcedentibus contestationem criminum, & prò subsequentibus dictam contestationem.

3. Prò primis enim probavimus dubium esse non posse, quià reus in communiori sententia DD. quos attulimus (A) non tenetur fateri, nisi ipsi constet, se legitimis præcedentibus inditiis interrogari, imò non debet, prodigit enim propriam famam, quia confitetur interrogatus contra Juris ordinem, qui requirit indispensabilitèr quod ipse sciat in quo statusit probationum *Navar. Can. inter verba* 11. *quæst.* 3. *concl.*6. *num.* 20. *vers. decimum septimum ex S. Thoma* 2. 2. *quæst.* 69. *art.* 1. & 2. & ideò potest veritatem tegere antè contestationem, per quam solummodò deprehendendo omnia quæ habet Judex contra ipsum, agnoscere valet, se legitimè interrogari, ex quo duo oriuntur; Primò, quod Judex non possit sinè injuria arcta-

A Sect. 2. n. 188. & Sect. 3. n. 259.

ctare illum ad peccandum, si neget, cum ipse ignoratis inditiis, quæ contra illum præcedunt, habeat adhùc ius non fatendi, immò debeat non fateri, idem *Navar.* loco citato *num.* 346. dicens de communi.

4. Præcipuè accedente, quod hujusmodi præmaturata obligatio præcludit illi quodammodò defensiones, quia sciens inditia contra illum acquisita, posset adversus illla opponere, & excipere, quæ est ratio, quam considerant DD. dispensando reum ab obligatione fatendi *Caietan. quæst.* 69, *art.* 1. *Less. de Iustitia lib.* 2. *cap.* 31. *dub.* 3. *n.* 10. *vers. hinc sequitur*, & alii.

5. Secundò quod etiamsi Judex non iniuriosè se gereret id faciendo, adhuc tamen abstinere debet saltèm ex eo, quod cum reus possit inculpabiliter occultare delicta, Juramentum remanet inutile, & frustratorium, & ideò deficiens in requisito honestatis, ut probatum est (B) B

6. Nec revelat quod prætenditur à nonnullis hujusmodi Iuramentum dari potius ad terrendum quam ad obligandum, & verè non arctare reum prò prim is examinibus cum habeat ut inquiunt, in ventre tacitam conditionem, quod obliget tunc solum, quando ille tenebitur revelare delicta juxta allatas auctoritates (C) *In nostro discursu §. Tertio deficit* C

7. Quià omisso quod dictum est (D) circà inverisimilitudinem hujus tacitæ conditionis, peterem libentèr ab id asserentibus, in quonam consistat hic terror, qui reis incuti prætenditur hoc prævio Juramento; Aut enim consistit in eo, quod rei post ipsum emissum credant, se non posse tunc evitare offensam Dei, nisi per confessionem; Aut in eo, quod agnoscant, non posse in progressu Iudicii, & post contestationem, negare crimina sine perjurio; si consistit in hoc ultimo; jam non terrentur prò tempore presenti, sed solummodò prò futuro, & ideò Juramentum non obtinet suum finem prò tempore pro quo datur, vel saltèm idem prorsus effectus haberetur si invalesceret praxis illud dandi post inditia contestata, æquè enim inquisiti illi, qui terrentur ab offensa Dei incurrenda, veritatem dicent, quandò scient, se postmodum Juraturos, ac quando juraverint à principio, quià æquè agnoscent peccatum prò illo tempore evitare non posse nisi ingenuè fatendo, & ideo mutandus omnino est Sect. 3. num. 160. D Ibid. n. 361.

or-

Digitized by Google

ordo & dandum solum post examen contestationis, quia nullum ex hoc nascitur fisco & justitiæ detrimentum, & ex alia parte resultat beneficium, quod rei qui nesciunt hanc tacitam conditionem, non peccent ex conscientia saltem erronea putantes se obligari ad fatendum statim post emissum Iuramentu m; si autem terror consistat in prima dicta credulitate, scilicet quod putent, se tunc peccaturos mentiendo, vel hic omninò deficit, si advertant, se non teneri fateri, vel si hoc ignorent, & obligari putent, jam non est terror, sed obligatio; hæc enim non minus nascitur ex dicta conscientia erronea, quàm ex rectè judicante; Hoc autē est id, quod verè accidit quotidiè in praxi; rei enim rudes ignorant hanc distinctionem temporum in obligatione (quam ego reperi, nonnullos etiam ex doctis, quos hac data occasione alloquutus sum, nescivisse) & ita, ex dicta saltèm conscientia erronea arctantur ad confitendum non obstante dicta tacita conditione, & negantes, (ut universalitèr accidit,) illaqueantur defacto periuriis. Quidquid sit utrum illa potuerint evitare.

8. Nec practicari valet cautela ab aliquibus excogitata ad sustinendum Iuramentum pandendi inditia inquisito, statim ac interrogationi subiicitur; Iudex enim non posset illum ampliùs implicare in mendaciis, & de fraudaretur spe cumulandi illi arte sua hæc inditia, quæ semper sunt utilia, & interdum fisco necessaria ad punitionem.

9. Præterea militant contra Juramentum dandum in primis examinibus omnia argumenta; quæ hic brevitèr sub nectemus contra consuetudinem illud deferendi post examen contestationis.

10. Tollendum est igitur omninò pro his circumstantiis, ut nec etiam diffitentur *Reverendiss. Bernardinus Sac. Palatii Apost. Magister*, & *D. Pauperum Advocatus* licet adeò eruditè ex adversò scribentes.

11. Descendendo nunc ad principalen articulum quæstionis, quod Juramentum dandum nec etiam sit post inditia contestata; suadetur hoc (aliis pro nunc omissis, & in responsione, videndis,) ex principalioribus argumentis.

12. Et primò non solùm ex eo, quod experientia doceat nostris temporibus majorem partē delinquentium non fateri, & ideò

ideò raró contingere non pejerari in Judiciis(quod tamen sufficere deberet ad tollendam consuetudinem Juramenti juxtà *Authen. ut finè probib. Matrimonii deb.* §. *quia verò*, quæ ideò illud sustulit in casu ibi expresso; Nam *leges*, *quod fit plerumque* ut ibi dicitur, *&. respiciunt*, *& medentur*.)

13. Sed potissime ex eo quod nunquam, vel ferè nunquam contingat, quod quis metu Juramenti moveatur ad confitendum.

14. Hanc facti veritatem tripliciter comprobavimus; Auctoritate DD. Experientia Tribunalium, & validis præsumptionibus Auctoritatẽ DD. & quidem gravissimorũ & experientia loquentium attulimus in discursu (A) iterumque in hac responsione, (B); Nec elidi potest per hoc quod cum plures fateantur inter negantes, cognosci non possit, utrùm id faciant ex vi Iuramenti, vel ex aliis motivis, cum hoc consistat in animo.

A §. *quam tamen*
B Sect. 1. n. 11.

15. Ostendimus enim (C) hoc posse argui pluribus conjecturis, quas enunciavimus, quo casu non potest finè summa eorumdem injuria, qui non est æquali experientia fretus, contrarium asserere, hoc enim esset eos arguere, quod dixerint aliquid, quod perceptibile quidem est, sed ipsi nescierunt.

C Sect. 2. num. 99.

16. Hec obstat *Navar*(D)qui dicit, quod multi reperiuntur confessi ob reverentiam Juramenti, quod non fuerunt obtormenta confessi, quem allegat Pellegrin. (E)

D *in rubr. de Iudiciis n. 52. & 56. ver. 9.*
E Prax. vicar. part. 4. Sess. 9. n. 13. *vers. & ratio est*

17. Quia preterquamquod id perfunctoriè, & obiter dicit, nec determinatè & ex consilio circà numerum, citat enim se ipsum alibi (F) ubi non dixit plures sed tantum aliquos, nec ulla id comprobat propria experientia, aut auctoritate; & omisso etiam, quod conciliari posset ejus dictum, cum gravissimis auctoribus per nos allatis, stat enim bene simùl quod multi reperiantur vi Juramenti confessi, & tamen rarissime & nunquam, vel ferè nunquàm accidat, illos fateri ejus metu, nàm si quindecim v. g. hujusmodi confitentium casus, audire contigisset in tota ejus vita P. Navarro, profectò non male dixisset, dicendo obiter in suo discursu, multos fassos fuisse, & tamen quindecim confessiones comparatæ ad tot millia & millia casuum, in quibus spatio multorum annorum, quo vixit di-

F Comment. can. inter verba 11. qu. 3. concl. 6. corroll. 64, n. 745. sive corrol. 65. n. 348.

Digitized by Google

dictus auctor, in quibus non profuit Juramentum, sunt adeò paucæ, ut cum veritate dici posset, neminem, vel ferè neminem moveri ex vi Juramenti; Omisso hoc inquam; quomodò quæso considerari poterit dictum hujus doctoris unius, non solùm incidenter prolapsum, & nulla allegatione firmatum, sed insuper viri claustralis, & ideò nulla in foro propria experientia suffulti, comparativè ad maturas assertiones *Marsilii Clari*, aliorumque rei Criminalis primorum luminum, non contingenter tantum, sed discussa ex professo hac materia, & ex propria in qua senuerunt experientia, loquentium.

18 Præcipuè accedente quod intelligi non potest in ejus dicto, quomodo reperiantur multi rei confessi ex Juramento, quod non fuerunt confessi ob tormenta, cum Juramentum deferatur non post delata tormenta, sed in principio examinis, quod ab ipso inchoatur.

19 Experientia etiam comprobatur dictum nostrorum DD., & confutatur *Navar* quia si non inventa fuisset conformis eorum dictis, profectò in Ditionibus, ubi Iuramentum non defertur (A) ablata non fuisset ejus consuetudo; valdè enim conduxisset publico bono; sedut loquamur de experientia non aliena, sed nostra, percurrantur acta criminalia quarumcumque curiarum, & constabit illicò, neminem, vel ferè neminem spontè fassum inveniri, qui aliquando, saltèm in decursu examinis non pejeraverit, & signanter in interrogatorio illo, utrum sciat vel excogitare valeat causam suæ carcerationis, ut fuit superius (B) ponderatum, quod ostendit, confessionem reorum licet spontè habitam, tribuendam non esse timori periurii, quia si adesset in illis hic timor, nunquam profectò in toto examine pejerarent, ut fusius eodem loco.

20 Præsumptiones etiam non deficiunt, quod moveantur ab aliis motivis, quam à Iuramento, cum enim extraordinaria non sint præsumenda, præsumi debet, quod quis potiùs moveatur à motivis, qui non indigent gratia extraordinaria Dei, ut impellant, quam ab illis, qui indigent dicta Gratia ad istum effectum, ut requiritur ad hoc ut quis moveatur ex obsequio Iuramenti contra propriã vitam (C) cum sit opus adhoc fortitudine martirum, ut late ostendimus in nostro discursu. (D)

A Sect. 2. huius numero 121.

B Sect. 1. num. 11. & sect. 2 num. 224.

C Sect. 2. n. 104

D §. secundo deffic.

Rur-

21. Rursus quisque præsumendus est moveri potiùs à motivis sua natura validis, & nunquam alias ab ipso parvi habitis, quàm ab illis, quæ experta sunt in ipso inefficacia, & inepta ad movendum, & ideò potiùs ex metu tormentorum, aliorumque similium, quæ natura sua, sunt innegabiliter efficacia, & nunquam ab ipso spreta, quàm ab offensa Dei evitanda, quæ in tot criminibus, prò quibus inquiritur antecedenter admissis, experta est insufficiens ad movendum. (A)

A Sect. 2. huius numero 100.

22. Item præsumptio impulsus militat semper prò motivis validioribus, validiora autē sunt de facto, & ut plurimum illa quę sunt sensibilia, & presentia, licèt minora, comparativè ad futura, & abstractivè percepta; quidquid rationabiliter esse debuerit; atqui memorata motiva temporalia sunt sensibilia, & præsentia, motivum autem evitandæ culpæ, & gehennæ futurum, & abstractivè, perceptum; Ergo reus presumi debet impelli potius à primis motivis, quàm abhoc ultimo. (B)

B Ibid. n. 103.

23. Nec urget contraria præsumptio, quod quis non sit immemor salutis æternæ *l. sancimus*, ubi *Glos. verb. Arbitrariæ C. ad legem Iuliam repet.* Quia ut diximus (C) non per hoc, quod quis moveatur ab aliis motivis, quàm à Juramento, dummodò fateatur, potest dici salutis immemor, non enim peccat.

C Ibid. n. 101. & 102.

24. Firmata veritate hujus conclusionis, quod nemo, vel ferè nemo ex reis veritatem dicat, ex vi Juramenti in Iudiciis, patet illicò maxima ejus relevantia ad suadendam saltem convenientiam abolitionis nostræ consuetudinis, tùm quià, cum finis Juramenti immediatus veritatis eliciendæ evadat per universalem abusum moraliter inobtenibilis, lex, quæ ordinat illius exactionem tanquam medium ad hunc finem, prudens dici non potest, cum prudentia consistat, non solùm in ordinatione mediorum ad finem, sed etiam in recta electione eorumdem, ut tradidimus (D) ex D. Thoma.

D Sect. 1. à n. 13. usque ad 17.

25. Tum quia lex bona dici non valet, nisi sit Reipublicę utilis; (E); Quod autem unus fateatur centum, aut mille negantibus; non minuit in populo futura delicta, vel saltem ità parum, ut hæc utilitas, quæ unica est & finaliter intenta à Juramento, moraliter nulla dici mereatur, ut fusè

E Sect. 1. n. 111. & 116.

A
Ibid.à. n. 120 usque ad 124.
B
Ibid.n.121.
C
Ibid.n.124.

fusè superius (A) comprobavimus, & experientia docet in illis Ditionibus; ubi diximus (B) abrogatam fuisse consuetudinem Jurandi.

26. Tùm denique quia exigua, & tenuissima utilitas, si qua est, alicujus confitentis vi Juramenti, non meretur emi pretio innumerorum sacrilegiorum, quæ ex illius delatione oriuntur, quæ ut etiam ostendimus, (C) cedunt etiam in publicum præjudicium.

27. Nec obstat quod dicitur non posse imputari sacrilegia Iudici, qui Iuramentum præcipit, non perjuria; quæ solùm proveniunt ex malitia reorum.

28. Non enim ex hac precisè ratione quod perjuria proveniant ex illorum malitia, non ex intentione deferentis Iuramentum, excusatur Iudex, sed ex solo ordine Iuris, quem sequi tenetur, qui dat illi justam causam permittendi aliena peccata (D), quæ alias permittere nō posset, licèt merè proveniant ex culpa peccantium, scandalum enim, ut diximus in discursu (E), quamvis merè passivum, permitti non potest, nisi adsit justa, & rationabilis causa, hæc autem, cum deficiat in Principe qui legibus non adstringitur, excusari ipse non poterit re discussâ à permissione tot peccatorum propter finem, quem nunquam, vel ferè nunquam accidit obtineri. (F)

D
Ibid.nu.138.
E
§. Nihilominus hæc doctrina
F
Sect.2.nu.89.138. 247.148.154.160. 162.& 186.

29. Absque eo quod esto etiam, quod neque illi imputanda esset ad culpam permissio Iuramenti, non ne saltèm convenientia suadet tollere consuetudinem universaliter & ferè semper inutilem, & damnosam, præsertim quando adsunt ut in casu nostro alia remedia pluribi dicta (G) ad eamdem utilitatem, quæcumquæ illa sit alicujus confitentis habendam.

G
Sect.1.num.47.& Sect.2. num.114. 123 & 183

30. Et denique ex hoc universali contemptu Iuramenti oriuntur defectus alibi ponderati, honestatis (H) utilitatisaliique in ipsius lege.

H
§.deficit Primo ad §.auctoritate nunc nostri discursus.

31. Secundum argumentum convenientiæ abrogationis hujus legis, deducimus ex morali impossibilitate illam observandi ex motivo conscientiæ, impossibile enim moraliter est scelestis hominibus transire instantanee, & sinè medio, de imo scelerum ad summum apicem heroicæ fortitudinis quæ requiritur, ad contemnendam propriam vitam in obsequium Dei, ut evincitur manifestè in discursu. (I)

I
§ Secundo deficit

In

32. In nihilo refragante quod eadem moralis impossibilitas non peccandi,dicenda esset induci ab examine,respectu mendacii, æquè difficilè evitandi, quod tamen videtur absurdum,cum Deus impossiblia non præcipiat.

33. Ostendimus siquidem (A) quod præterquamquod Deus aliquando de facto nō minus conveniēter, quàm providè præcipiat moraliter,imò etiam quandoque phificè impossibilia in pænam peccatorum præteritorum, non enim tenetur omnimodè hominū utilitati prospicere, ut leges humanæ, sed solummodo (cum omnia operetur proptèr se ipsum) intrà certos limites, Altissimo inscrutabilique consilio constitutos(B),adest deindè justa,& indispensabilis causa,inducendi reis per interrogationē,moralem impossibilitatem non mentiendi, cum examen,ex quo ipsa oritur indispensabile sit, & ad rei defensiones, & ad consulendum rectæ Justitiæ administrationi, quod tamen justum motivum deficit, ut vidimus in lege (C) juramenti deferendi, quod nullo modo præcludit defensiones, & justitia sinè ipso potest optimè administrari, ut de facto administratur in dictis Regionibus, ubi non defertur.

A Sect. prima hujus num. 19.

B Ibidem usque ad num. 23.

C Ibidem num. 10.

34. Tertio suffragatur nostræ assertioni auctoritas Ecclesiæ, quæ semper, & ubique unanimi consensu ejus Patrum, visa est abhorrere, non solum à perjuriis ipsis, sed etiam ab omni eo, quod præbet occasionem iisdem.

35. Hunc fuisse semper communem sensum Ecclesiæ,quem deindè sequuti sunt legislatores etiam seculares, & legibus comprobarunt, ut mox dicemus, manifestè demonstrat, non solùm abstinentia Principum à condenda ulla lege super deferendo nostro Juramento, quod dat occasionem tot sacrilegijs, sed Canones expressi, qui illud prohibent exigi à moraliter pejeraturis, ut *Can. ille qui*, *Can. qui exigit*, alijque allati in discursu (D) ex Augustino desumpti,à vi quorum quādo etiam excusari posset Judex,ut prætenditur juxtà D. Thomam, quod tamen in Criminalibus à pluribus DD. controvertitur, proptèr rationes adductas; (E) excusatio saltem solum ipsi fieret à consuetudine habente vim legis, qua adempta, militaret etiam contra Judicem dispositio textuum, (F) & quod deindè nobis sufficit, non excusatur, ut diximus, Princeps, (G) qui consuetudine, & legibus non ligatur.

D §. Sed ne.

E Sect. 2. num. 253. & 154.

F §. respondetur discursus.

G Sect. 2. num. 89. 138. 147. 148. 154. 160. 161. & 186.

L Suf-

A
In discursu §. quod enim, & Sect. 2. huius num. 76.

36. Suffragatur paritèr totus titulus de purgatione canonica, cujus Canones quos allegavimus (A) prohibent Juramentum exigi à vilibus personis, & criminosis, ne subsequantur perjuria; & quidem non solùm ne rei captare possint absolutionem per abusum Sacramenti, sed principalissimè, ne detur ansa tot sacrilegijs, quod patet ex eo, quod Juramentum reorum non sufficiebat, juxtà Canones, ad reportandam dictam absolutionem, sed requirebatur testimonium plurium compurgatorum, si autem hoc motivum solummodò habuissent difficultandæ absolutionis, suffecisset imponere, ut de facto fecerunt, cautelas adhibendas ad integritatem dictorum testium compurgatorum, sine quorum subornatione abusus adesse non poterat. (B)

B
Sect. prima nu. 48.

37. Nec valent retorqueri hi textus per hoc, quod præcipiendo has cautelas compurgatorum ostendant, Legislatores timuisse perjuria purgandorum, & nihilominus præcepisse intrepidè Juramentum.

38. Quia in purgationibus non aderat nisi tenuissimus timor perjurii, proptèr plures rationes allatas, (C) nec unquàm maximus ille, & summè proximus casus nostri; & ideò frenum illud dirigebatur possibilibus potiùs, vel tenuitèr apprehensis, quam maximè suspicatis abusibus.

C
Sect. 2. num. 73. ad 77.

39. Sed dato etiam quod tunc essent æquè timendi, adhuc dispar est ratio, eodem loco videnda, cur præstandum fuisset Juramentum purgatiuum abstinendum autem nunc sit à nostro veritatis dicendæ.

40. Fauent insuper nostræ assertioni *Cap. Clericos de cohabit. Cleric. & mulier.* ubi Papa vetat jurari à Clericis concubinariis, ne perjurii reatum incurrant: *Cap. si verò de jur. jur.* ubi Pontifex ait nemini velle dare materiam veniendi contrà proprium Juramentum; *& Cap. Iuramentum* 36. *de jur. jur.* ubi Gregorius IX. ait quod Juramentum à Judice parti delatum recusari non potuit, *nisi justa de causa* ubi glossa, *nisi justa de causa* sic explicat, *puta, quia dubitabat, quod hoc Iuramentum est de veritate dicen da.*

41. Fauent Concilium *senonen de anno* 813. *& Cabillonen. secundum Can.* 18. quorum primum inhibuit ab ordinandis exigi Juramentum de obedientia Episcopo, & de non faciendo contrà Canones, & hoc præcisè, quià tale Juramentum

mentum est periculosum. *Tomasin. cap.* 14. *de Iuramento & perjurio*; Secundum autem prohibet arctare Juramento ad dandas decimas expressè proptèr idem periculum.

42. Quoad leges autem Civiles facit *lex nimis graua C. de testibus*, ubi dispensatur quilibet à ponendis actibus, *per quos negotium sibi fiat*, & omissis aliis generalibus, precisè, & in puncto supra relata, *Authentica ut sine probibitione matrimonii, debit.* §. *Quia verò*, ubi Imperator loquendo de Juramento quod etiam cedebat in publicam utilitatem ait *non eo quod aliquæ seruaverunt Jusjurandum, propterea oportet, & eas, quæ exhonorant Deum, habere occasionem impietatis; Nam quod raro fit, (sicut vetus Sapientiæ docet,) non obseruant legislatores, sed quod fit plerumque, & respiciunt, & medentur.*

43. Nec obstant textus Sacrarum Litterarum, & utriusque juris in contrarium allati, vidimus enim *textus exodi, Deuteronomi & Sacrorum Numerorum* loqui de Juramento purgativo, & agi in primis de pæna merè pecuniaria; in ultimo verò, non adesse timorem perjurii, quia nullo modo prodesse poterat adulteris, quæ jurare cogebantur (A) sicut, & Achan non jurasse de veritate dicenda, sed solum modo adiuratum fuisse (B) *Cap.* pariter *qualiter & quando, & cum dilecti de accusationibus*; *cap. ex literis de Jure jurando, & cap. licet Heli de Simonia*, non præcipere, aut approbare Juramentum de Veritate dicenda, ubi agitur de pæna afflictiua nisi respectu testium, respectu verò reorum principalium, solum arguere scientiam in legislatoribus, quod ex consuetudine tribueretur Leges denique civiles loqui etiam interminis Juramenti suppletorii, aut purgativi. (C)

A Sect. 2. à n. 67. ad 74.

B ibidem a n. 80. ad 85.

44. Minus urget oppositio, quod si legislatores non approbassent Juramentum de Veritate dicenda, illud expressa lege prohibuissent, sicuti prohibuerunt jurare clericis concubinariis de abstinendo ab earum concubinis, & viduis de non transeundo ad 2. vota.

C Sect. p. n. 40. ad 43. & sect. 2. n. 93. ad 96. & n. 166. 171. 221. & 222. & sect. 3. n. 283. ad 289.

45. Siquidem non reprobatio equiualere nunquam potest approbationi, nisi materia discussa, & ideo ualeret solum hoc argumentum in casu nostro, si constaret quæstionem habuisse legislatores de bonitate Juramenti de veritate di-

Digitized by Google

cenda, non autem in nostris terminis, ubi non liquet illos unquam de hac re egisse. (A)

A Sect. 2. n. 168.

46. Quartò comprobat nostram opinionem auctoritas etiam DD. quos recensuimus (B) improbantium huiusmodi praxim & dicentium, quod tolli deberet à Principe.

B In discursu §. DD. autem.

47. Eo magis, quia non habent fere contradictores, omnes enim qui ex adverso afferuntur, ostendimus loqui de licita delatione respectu Judicum, non vero de convenientia permissionis respectu Principis, à quo licet dixerint continuandum esse observationem legis, non obstante eius accidentali malitia, nec verbum quidem habuerunt quod non expediat abrogari. (C)

C Sect. p. n. 49. & sect. 2. n. 174. ad 186.

48. Nec suadere continuationem est idem, ut pretenditur ac approbare eius bonitatem ut demonstravimus distinguendo (D) dupplex judicium, directum scilicet super re ipsa, non evidenter mala, & reflexum super auctoritate legis illam jubentis.

D Sect. 2. n. 158. & 187.

49. Quintò suadent convenientiam abrogationis huius nostræ praxis, exempla aliorum Principum, qui illam in suis ditionibus sustulerunt, quæ non sunt adeò pauca (E) & licet pauciora adhuc essent, preualere merentur auctoritati aliorum in maiori numero illam continuantium; illi enim illam abrogaverunt illius meritis maturè discussis, hi autem re non examinata continuant, in fide legis præcipientis. (F)

E Sect. 2. n. 121.

F Sect. 2. n. 206.

50. Sextò maximum damnum, quod ex hac consuetudine provenit honori Dei, nec non etiam indirectè saltem, publico bono; quatenus per tot grauissima Sacrilegia ipsum directè impetentia prouocatur in toto populo illius ira, quæ solet punire peccata malis etiam temporalibus, ut vidimus suprà (G) & licet quoad honorem Dei, videatur illi maximè satisfieri per punitionē alicuius rei, quod est commodum, quod reportatur à Juramento; cum dignior ipsi victima mactari non possit homine malo, nihilominus maior est sinè ulla comparatione inhonoratio, quæ illi resultat ex immensa colluvie peccatorum, quibus per hanc intentam punitionem prębetur occasio, præter enim maximā disparitatem numeri, corrèspondent enim uni detectioni criminum centum perjuria (H) honor deinde obedientiæ, quem Deus retrahit à confitentibus est ho-

G Ib idem n. 124.

H Ibid. n. 121. & 122.

honor ex justitia debitus à suis creaturis; prævaricatio autē legis, per quam Deus inhonoratur, est maxima, & summa injustitiarum, adeoq; nullam habere possunt proportionem ad invicem.

51. Veniendo nunc ad solutionem objectionum.

52. Non obstat primo, quod rei non teneantur fateri veritatem etiam post Juramentum emissum, cum agitur de magna pæna afflictiva, & ideò Juramentum non arctare ad peccandum, nec præbere occasionem innumeris sacrilegiis.

53. Hæc enim conclusio licet sit probabilis, & omnium ferè recentiorum, (A) non est tamen communior, & ideò supponendum est cum contraria probabiliori, reos verè peccare non confitendo, cum sciunt, se legitimè interrogari, (B) sed illa etiam supposita adhuc ostendimus per accidens in Iudiciis amphibologias, quibus necessariò uti saltem deberent ad salvanda mendacia, suffragari semper non posse adhunc effectum evitandi peccatum propter rationem superius (C) revidendam; etsi etiam possent, de facto non suffragantur propter rusticitatem, & ignorantiam majoris partis eorumdem reorum, qui de facto illas non adhibent, ut earum immemores, immò incapaces, (D) præterquamquod hoc casu si rei evitarent peccatū hoc medio, tolli saltèm deberet Iuramentum ut omninò superfluum. (E)

A Sect. 1 num. 9.

B Sect. 3. nu. 263.

C Ibid. n. 273.

D Ibid. n. 274.

E §. preterquamquod velle, discursus

54. Non secundum quod non satis cosuleretur per ablationem hujus praxis saluti animarum, eo quod etiam seorsim à Iuramento rei tenentur fateri, juxta allatas auctoritates (F) sub peccato mortali.

F Sect. 3. num. 232.

55. Siquidem hoc etiam dato; cum sint peccata periurii, & mendacii, omninò specie distincta; ex duobus unum evitaretur; quod cum periuria spatio cujuslibet anni ascendant ad multa millia, est idem ac dicere, quod evitarentur multa millia peccatorum. (G)

G Ibid. num. 256.

56. Sed deindè quoad majorem partem examinum, quæ fiunt ante contestationem, rei mentiendo, peccant solummodò venialiter, & ideò prò illis evitarentur innumera peccata letalia. (H)

H Ibid. num. 258.

57. Quinimmò etiam prò examine contestationis, data etiā communiori sententia obligante ad peccatum mortale, veriore in se ipsa, adhuc occultare possent delicta sinè gravi

peccato; cùm enim mitior contraria opinio, sit etiam sinè dubio probabilis, licèt minus, possunt in praxi se illi tutæ conscientia conformare (A) non obstante damnatione propositionum 26. & 27. quæ prætenduntur prohibere sequi opinionem minus probabilem, & uti amphibologiis, ut hæc omnia latè superius (B) demonstravimus.

A
Ibid.num.263.

B
Ibid.n.265.&266.

58. Non tertium quod licitè permitti possint aliena perjuria, cum agitur de proprio commodo licet parvo, juxtà DD. allatos (C) admittentes, permitti posse Juramenta per falsos Deos in contractibus, & peti pecuniam ab usurariè mutuaturis.

C
Sect.1.n.28.& s.2. num.118.& §. nihilominus hæc doctrina disc.

59. Quia utilitas, quæ resultat ab hujusmodi peccatis permissis, quæ est finis permittentium sempèr obtinetur, cum percipiant respectivè commodum mutui, & beneficium roboris, & firmitatis contractus, respectu verò modicitatis hujus commodi comparati ad innumera graviora peccata, quæ ex hoc consequuntur, non potest hæc ullo modo considerari, quià utilitas, licèt exigua, si sit propria, adeò augetur ex hac circumstantia, ut valeat æquiponderare malis majoribus alienis; e contrà utilitas Juramenti, nec est propria permittentis perjuria, sed æquè aliena; ac malum perjurii, nec sempèr obtinetur, sed immò nunquam, vel ferè nunquam, ut sæpiùs diximus, accidit obtineri. (D)

D
Sect.1.n.28.& 29.

60. Non quartum, quod si cessasset ità universaliter finis hujus nostræ praxis, quæ transivit in legem, deberet etiàm dici cessasse ejus lex, quo casu nulla adesset obligatio in Judicibus illam sequendi, immò malè agerent, cum juxta nos ideò excusentur, quia tenentur sequi ordinem Juris, quod tamèn est contra communem Theologorum, & Juristarum.

61. Nàm ad hoc, ut quis dispensetur à lege proptèr ejus malitiam ob cessationem finis, debet euidentèr constare, quod hic finis cessàverit, & quod sit unicus, nec adesse locum ulli disputationi, hòc autèm non sequitur in casu nostro, ubi omnia controvertuntur ab adversariis, & quod finis veritatis eliciendæ in Juramento sit unicus, & quod nunquam, vel ferè nunquàm contingat haberi. (E)

E
Sect. 3.num.252.

62. Non quintum quod ad tollendam inveteratam consuetudinem,

nem, quæ transivit in legem, non sufficiat probabilitas malitiæ, sed requiratur aliquid ampliùs, quod non habetur in casu, de quo agitur.

63. Cum enim Deus tradiderit mundum disputationi hominum, & evidentia veritatis ferè nunquam haberi possit, sempèr prudentèr operatur; qui innititur summæ, & maximæ probabilitati, immò quod hæc non sufficiat, sed requiratur sempèr certitudo, videtur esse contra oraculum Summi Alexandri VIII. superiùs recensitū. (A) A

64. Non sextum quod Deus non abstineat à permittendis peccatis infallibiliter prævisis, ut fecit respectum Cain quem negaturum interrogavit. Sect.1, n.55.

65. Etenim demonstravimus (B) argui non posse ab eo quod facit Deus, qui ità respicit utilitatem hominum, ut sempèr habeat pro fine primariò se ipsum, ad id quod facere debent homines, qui nihil aliud proponere sibi debent in legibus constituendis, vel abrogandis, quam publicam utilitatem, sed hoc omisso, posset etiam divinari justum, & rationabile motivum in Deo permissionis peccati Cain, directum ad humanam utilitatem, fortasse enim docere voluit, reos non esse inauditos condemnandos, etiàm si constet aliundè delictum. (C) B Ibid.num. 16. & Sect.2. num. 85. 90. & 145. C

66. Non septimum quod possint considerari in Juramento plures fines obtenibiles pratèr illud veritatis eliciendæ; primò scilicèt ut constet Judicem omnis mediis juridicis tentasse veritatem elicere; secundò ut non omittatur solemnitas, protestativa hominibus Divinæ presidentiæ; Tertio ut præmittantur media suaviora ad indagandam veritatem mediis rigidioribus corporis afflictivis; Quartò ut scelesti homines arceantur à criminibus perpetrandis sciendo quod illis erit in Judicio pejerandum, si velint consulere propriæ vitæ; quintò ne possint impugnare ampliùs confessionem judicialiter emanatam, vel afferre excusationes seu declarationes; quæ illam ex toto perimant. Sect.2.dicto n.145

67. Quandoquidèm quoad tres primos fines, cum abundè viderimus superiùs non subsistere, erunt ibi (D) tradita recolenda; quartum parva indiget discussione quomodò enim quæsò, qui non abstinet à criminibus committendis homicidii, adulterii, furti, & similium, prò quibus ultrà offensam Dei certam & presentem, evitare D Sect.3.n.231.& 253.

Digitized by Google

non poterit pœnam temporalem sensibilem saltèm contumacialem, abstinebit deindè propter metum offensæ Dei futuræ, & incertæ, utpotè solummodò admittendæ, si contingat mancipari in carceribus, quos sempèr adest spes effugiendi? (A) Quoad quintum denique ostendimus ad effectum impugnandæ, aut exponendæ confessionis equè se habere juratam, ac non juratam, & deindè si opus esset, posset Princeps tollendo Juramentum exemplo Serenissimi magni Ducis hoc declarare. (B)

A Sect. 2. num. 128.

B Sect. 3. n. ultimo.

68. Non octauum quod rei excusentur à perjurio ex conscientia erronea, ob rusticitatem invincibili, quod non teneantur fateri, etiamsi Juraverint.

69. Experientia enim Religiosorum confessiones audientium contrarium apertè demonstrat; non dessunt enim, ut Eminentissimis PP. innotescit, ex his Religiosis, qui ob hanc rationem clamant, hanc praxim esse abolendam (C) preterquamquod difficile admitti potest hæc ignorantia invincibilis etiam in rudibus quoad Juramentum, natura enim est hominibus indita reverentia Divino Nomini debita.

C Sect. 2. num. 150. & 151.

70. Non nonum quod rei ex hac ablatione intrarent in opinionem se posse licitè omnia delicta negare.

71. Preter quamquod enim, huic prætenso præjudicio obviari posset per præviam Judicis admonitionem; vtinam deinde, utinam hanc induerent opinionem, quia cum jàm, putando etiam, se obligari, nunquam, vel ferè nunquam fateantur, eveniret saltem hoc bonum, quod ex conscientia erronea non peccarent, ut alibi difusius (D) visum est.

D Sect. 3. num. 168.

72. Non decimum quod Juramentum in Criminalibus habeat prò fine primariò manifestationem Innocentiæ inquisitorum, non autèm eorum punitionem, quià ut vidimus, (E) esto quod hoc verum esset de Juramentis purgativis, non subsistit tamèn de nostro de veritate dicenda, & quatenus subsisteret non sineret adhuc per hoc frustrari suo fine.

E Ibid. num. 244. ad 251.

73. Non undecimum quod Gratiæ Dei sint omnia possibilia, & ideò censeri non possit moraliter impossibile reis fateri veritatem etiàm in discrimine vitæ, ut multi ex Ethnicis exemplo ostenderunt.

Res-

Digitized by Google

74. Respondetur enim hanc gratiam specialem Dei non esse in illis facilè presumendam, cum sit donum extraordinarium & speciale, & experientia constet, ut plurimum non adesse, vel illi reos non cooperari, cum nunquam, vel ferè nunquam metu Juramenti abstineant à mendaciis, sed de hoc, sicut etiàm de objecto exemplo Ethnicorum & hereticorum fusè superius. (A)

A Ibid nu.276.ad 279.& sect. 2. nu. 113

75. Non duodecimum quod cum perjuria non proveniant ex Juramenti exactione, sed ex malitia jurantis, non imputanda sint Principi, qui permittendo, quod adhibeantur omnia media ad eruendam Veritatem, prudentèr agit, & utitur jure suo.

76. Hæc enim ratiocinatio nimis probat, nam nec etiàm casu quo privatus homo exigat Juramentum, perjuria resultantia procedunt à Juramenti exactione, sed à malitia pejerantis, & tamèn DD. auctoritate Canonum ex Augustino desumptorum, negant illi licere Juramentum exigere à moraliter pejeraturo (B) & ideò ex vi hujus rationis excusari non potest Princeps, qui debet quidem adhibere omnia media ad habendam Confessionem Criminum in publicum bonum, Sed media apta ad suum finem consequendum (C) & non illa, quæ experientia, semper aut ferè sempèr inefficacia declaravit.

B Sect.2.num.153.

C Ibidem num.119.

77. Non decimum tertium quod Juramentum sit aptius medium comparativè etiam ad torturam ad habendam Veritatem, cum Confessio vi ipsius emanata sufficiat sinè alio adminiculo ad condemnandum. Nec non quod sit medium etiàm quandoque unicum, cum plures torqueri non possint.

78. Quoniam aptius medium dici non debet illud, quod sufficit de se solo, sed illud, quod melius conducit ad finem consequendum, & ideò tortura comparativè ad Juramentum, quia illa sepissimè hoc ferè nunquam, obtinet veritatem, prætèr alias responsiones suprà, allatas, (D) ubi respondetur etiam objecto, quod sit medium unicum.

D Sect. 3.nu.279. ad 284

79. Non 14. quod nostra fundamenta prò abolitione praxis, militent tantummodò prò casibus, ubi agitur de pœna capitali, non autem de aliis.

80. Ostensum est enim (E) quod DD. quoad effectū impedien-

E Ibidem num.289.

Digitized by Google

diendi Confeſſionem criminum,parvam differentiam faciunt intèr pœnam ſanguinis, & alias corporis valdè afflictivas, ita quod proptèr eandem rationem maximæ difficultatis, & moralis impoſſibilitatis diſpenſantes ab obligatione fatendi in primo caſu, diſpenſent etiam in aliis.

81 Non 15. quod ſequeretur maximum ſcandalum ex abolitione hujus praxis,ex eo quod hoc eſſet tacitè redarguere tribunalia omnia Eccleſiaſtica, & preſertim illud Sanctiſſimę Inquiſitionis quod malè egerint ſequendo conſuetudinem quæ etiam tunc erat per accidens mala; pretèr enim reſponſiones, & reſpectivè replicationes ad hoc adductas in diſcurſu, & pluribi etiam in hac reſponſione ibi (A) & hic (B) revidendas, addimus quod nos probare huc uſque conati non ſumus præciſè uſum deferendi Juramentum eſſe malum, ſed ſolummodò ipſius conſuetudinem quatenùs tranſivit in legem, quæ obligat illud indiſtinctè tribuendi in omnibus caſibus etiàm cum maximè timetur perjurium, Cæterum quod in aliquibus caſibus quando ex circumſtantiis perjurium facile timeri non poteſt benè delatum fuerit, & poſſit etiam deferri, non intendimus improbare; intantum enim diximus ejus conſuetudinem eſſe malam, quatenus oriuntur perjuria; quarè ſi ob ſupradictum objectum, & ob reſpectum Sanctiſſimæ Inquiſitionis reſcribere non placeret Juramentum non eſſe impoſterum reis deferendum, nobis etiam juxtà noſtra fundamenta ſufficeret, quod diceretur tollendam eſſe obligationem legis, qua coguntur Judices Juramentum deferre, hoc autem pacto, non improbaretur preciſè delatio Juramenti, & Ideò nihil deperiret auctoritati, & exiſtimationi tribunalium, quæ illam ſequuta fuerunt, & quæ forſan aliquando ſequentur, & ex alia parte imponetur indirectè frænum non non deferendi Juramentum niſi in circumſtantiis, in quibus non adeò timeri poſſunt perjuria, quatenus ſeorſim à lege precipiente excuſari non poſſent Judices, qui previdendo hæc moraliter ſequutura, illud preberent, ceſſaret enim ratio, qua nunc preſervantur à culpa a Divo Thomæ, & DD. & incurrerent manifeſtè cenſuram canonum ex Divo Auguſtino allatorum.

A
§. Verum non valde ad §. ſecundo abſurdo.

B
Sect. 1. n. 51. ad 62.

Non

Digitized by Google

82. Non 16. quod nunquam previderi possint perjuria moralitèr sequutura, cum de hoc, vel illo reo, Judex non possit nisi temerè judicare esse pejeraturum.

83. Quandoquidem non agimus de Juramento deferendo in hoc, vel illo casu particulari, sed universalitèr; Scimus autèm in genere, reos fere nunquam abstinere à perjurio, nec temerè judicaret Judex aut Princeps, qui crederet paucissimos esse illud evitaturos; cum id experientia constet, & ideò prudentèr ageret, si se fundando in hoc Judicio tolleret consuetudinem Juramenti. (A) A

84. Non decimum septimum quòd in dubio utrum lex Juramenti mutanda sit (non enim in conflictu tot diversarum opinionum, potest esse nisi dubia convenientia ejus abrogationis) in dubio inquam nihil debeat innovari, cum ex D. Thoma 1. 2. *quæst*. 97. *art*. 2. leges mutandæ non sint nisi adsit evidens necessitas, & evidens maxima reipublicæ utilitas; ubi allegat Jurisperitum dicentem, quod in rebus novis constituendis, evidens debet esse utilitas, *ut rectè recedatur ab eo jure, quod diù æquum visum est*. Sect. 2. num. 140. & 141.

85. Etenim propositio, quod in dubio abstinendum sit à mutandis legibus, procedit quidèm in illo dubio, ubi rationes hinc indè æquè validæ affulgent, aut parùm diversæ, non autèm extendi potest ad illud, ubi adest ex una parte summa, & maxima probabilitas, ex alia verò tenuis, & omninò exigua; ità ut dubium solummodo vocari possit, in quantum res non est inconcussè, & ineluctabilitèr evidens; Nam in primo dubio, lex bona censeri debet, & reipublicę utilis cum in illa ambiguitate, & equiponderantia contrariarum rationum, maneat in suo robore præsumptio bonitatis, quam illi facit antiquitas, & auctoritas legislatorum, & ideò non debet ab illa recedi. In secundò autèm casu cessat hæc ratio, quià hujusmodi præsumptio bonitatis rationibus contrariis validissimis, & longè probabilioribus enervatur; & ideò formari ampliùs non potest judicium prudens de legis bonitate, quo casu nulla ratio suadet mutari non posse. (B) B

86. Nec *S. Thomas*, qui adducitur in contrarium, reprobat mutationem legis in his terminis, quandò scilicèt lex summè probabilitèr mala est, sed solùm casu quo bona sit; dicit enim tantummodò mutandam sempèr non esse, Sect. 1. num. 55

quan-

quandò occurrit melius; melius autem supponit necessariò bonitatem.

87. Hanc autèm esse mentem Angelici clariùs demonstrat ratio, quam adducit: In tantùm enim dicit, mutandam non esse legem, in quantùm consuetudo plurimum conducit ad legis observantiam, qua mutata, diminuitur vis constrictiva ejusdem, quod de se est aliquod publicum detrimentum; quæ ratio Sancti Doctoris, militat quidèm prò lege, quæ jam supponitur bona, non autem prò illa, quæ sit valdè probabilius mala, ut est lex Juramenti in casu nostrò, quià in hac maxima probabilitate malitiæ, melius est sinè ulla comparatione diminui vim constrictivam novæ legis bonæ, quam continuare in suo robore antiquam tàm probabiliter malam.

88. Præterquàmquod ex natura, & circumstantiis legis casus nostri, non militat hæc ratio diminutionis ejus vis constrictivæ; verè enim non diminuitur, quià cùm diminutiò ex D. Thoma consistat in hoc, quod per mutationem consuetudinis difficilior reddatur observantia legis; hæc major difficultas non potest causari in casu nostro ex abrogatione nostræ praxis; quià cum lex deferendi Juramentum non dirigatur, aut obliget reos, qui habent interesse, sed solùm Judices, quorum nihil interest exigere, vel non exigere Juramentum, profectò æquè facilè observabitur ab istis lex illud deferendi, ac lex ab illo abstinendi.

89. Auctoritas pariter jurisconsulti non officit, quia fundatur in eadem ratione D. Thomæ, qui illam prò se adducit, quam probavimus non militare in nostris terminis.

90. Absque eò quod requisitum illud *evidentis* utilitatis in rebus novis constituendis. intelligendum est sano modo; & sumenda est hoc loco evidentia, ex vulgari modo loquendi prò maxima, & summa probabilitate, non autem in toto rigore termini; aliàs dictum hoc Juris consulti nimis probaret, evinceret enim agendum esse persæpè à Principibus imprudentèr, quia cum in paucissimis rebus eluceat evidentia bonitatis (A) non rarò deberent abstinere à constitutionibus summè probabilitèr bonis, & Reipublicæ utilibus, eligendo præ illis continuationem contrariarum longè probabilius malarum, & publico bono

A Sect. 1. dicto n. 55.

bono

no adversantium, quæ profectò non posset dici recta electio mediorum ad eorum finem in edicendo, qui debet esse publica utilitas, sinè qua tamen recta electione, prudentia, ut vidimus, stare non potest. (A) A

91. Et de facto Principes hoc benè agnoscentes immutant quotidiè leges, addendo ipsis, vel detrahendo, non obstante, quod nunquàm dici possit omninò evidens, & incontrovertibilis bonitas novarum constitutionum, cum ferè nihil in mundo sit, quod in aliquod dubium revocari non possit. Ibidem num. 13.

92. Præterea quando etiam requiretur, rigorosa omninò evidentia, hoc esset juxtà adducta verba Juris consulti ad recedendum ab eo Jure, quod diù æquum visum est, hoc est ab illo Jure, quod fecisset, re visa, & discussa, voluntas, & consilium deliberatum Legislatorum, non autem ab eo quod non visum, sed solùm æquum præsumptum est, in fide consuetudinis; Cujus exigua omninò censeri debet auctoritas ad suadendam bonitatem antique praxis cum consuetudo à tempore non à consilio robur accipiat, & vim legis.

93. Concludendo igitur; Qui favet mutationi hujus praxis, plus sequitur consilium, quàm fidem; sequitur enim exemplum plurium Principum qui ejus meritis maturè discussis, abolendam duxerunt; qui verò adversatur, sequitur nudam fidem consuetudinis, quæ mutatis circumstantiis, potest saltèm, mala evenisse; utilitas insuper evitationis innumerorum sacrilegiorum est incontrovertibiliter maxima; & ideò non exiguum meritum obtinet omninò apud Deum, qui suffragatur abolitioni Juramenti, cùm aliàs in hoc consilio argui imprudentiæ non possit, quià movetur validissimis motivis, & sequitur exempla plurium Regionum, in quibus nullum damnum agnoscitur ex hujusmodi abrogatione, re maturè perpensa ibi decreta Vtilitas autem, quæ prætenditur in punitione alicujus rei, qui aliàs evaderet, est penitùs exigua, & omninò incerta, & qui movetur ab ipsa, non desinit esse causa, (licèt involuntarie & inculpabiliter) continuationis maximi præjudicii honoris Dei, & contemptus illius altissimæ Majestatis: Quis autem prudens in his terminis suaderi poterit, se quendam potiùs esse cæco modo fidem consuetu-

di-

dinis, quæ solum præsumitur bona, cum tam maximo dispendio Divinæ Gloriæ,& salutis æternæ animarũ,quam maturum consilium doctissimorum plurium virorum, quorum suffragio damnata est, & ablata pluribi locorum hæc praxis,cum maximo spirituali beneficio populorum, & honore Divini Nominis,præservati à contemptu, absque eòquod minimum ibi resultet,aut agnoscatur ex hoc Reipublicæ detrimentum? Quisnam sapiens præferendã esse duxerit exiguam, incertamque utilitatem indubitato, & maximo præjudicio? *Bengioco* inquit mirè Poeta (A) cumquo concludimus

A Troqu. Tass.

Bengioco, è di fortuna audace, e stolto
Per con l' incerto, e poco, il certo, el' molto



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google